













INTERPRETATIO  
POETICA LATINE  
IN CENTVM QVIN-  
QVAGINTA PSAL-  
MOS.

AVTORE LVDOVICO  
*Crucio Olyssipponensi, Societatis*  
IESV.



CVM LICENTIA.  
Madriti, Ex officina Ludouici Sanchez.

Anno M.DC.





## TASSA.

**Y**O Pedro çapata del Marmol. escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, y vno de los que residen en su Consejo, doy fe, que auendose visto por los Señores del, vn libro intitulado, *Interpretatio poetica Latine in centū quinquaginta Psalmos, Autore Ludouico Crucio Olyssipponensi, Societatis Iesu*, que con licencia de los dichos Señores hizo imprimir el Padre Baltasar Barrera, de la Compañia de Iesus, tassaron cada pliego del dicho libro a tres marauedis, y tiene veynte pliegos, que al dicho precio monta setenta marauedis: y mandaron, que antes y primero que se venda, se imprima en la primera hoja de cada vno dellos este testimonio de tassa. Y para que dello conste, de pedimiento del dicho Padre Baltasar Barrera, y de mandamiento de los dichos Señores, di esta dicha fe, en la villa de Madrid a treze dias del mes de Enero, de mil y seiscientos años.

*Pedro çapata  
del Marmol.*



## ERRATA.

- P** Ag. 27. lin. 4. cooctas, *coactas.*  
39. 23. guadia, *gaudia.*  
249. 17. exequor, *execror.*  
268. pen. notorum, *natorum.*  
289. antep. carmina, *mea carmina.*

*Iuan Vazquez  
del Marmol.*

---

## Suma de la licencia.

**E**STE Libro, intitulado Interpretatio poëtica Latinè in centum quinquaginta Psalmos, Autore Ludouico Crucio Olyssipponensi, tiene licencia del Consejo de su Magestad para imprimirse, concedida al Padre Baltasar Barrera de la Compañia de I E S V S, como mas largamente parece por la licencia original, que es fecha en la villa de Madrid, à quatro dias del mes de Setiembre, de mil y quinientos y nouenta y ocho años, firmada de los Señores del Consejo, y refrendada por Pedro Zapata del Marmol, escriuano de Camara, y registrada por Iorge de Olaal de Vergara, Canciller.

APRO-

## APROVACION.

**E**X Commisione Regij Senatus legi accuratè hanc centum quinquaginta Psalmorum poëticam paraphrasim patris Ludouici Crucij Olyssipponensis, Societatis Iesu : in qua nihil deprehèdi sanè fidei aduersum: quin potius Christianam pietatem cù admirabili poësis & Latinitatis dexterritate ita coniunctâ : vt nesciam quid prius mirer, linguæ Latinæ peritiam, an venustos carminum modos, quibus legentem oblectat, an Christi zelum, quem vbiq; personat, dum Psalmorum germanos reddit sensus : qui digni profecto sunt, vt prælo mandetur, in maximam Reipublicæ Christianæ vtilitatē. Dat. Madriti in nostro monasterio sanctissimę Trinitatis, die 27. Augusti, Anni Domini. 1598.

*F. Luisius à Calatayud,  
Minister.*

¶ 3

IV-



IVDICIVM FVLVII  
Carduli ex Societate Iesu, & Marci  
Antony Senioris.

FVLVIVS CARDV-  
lus ex Societate Iesu, Lu-  
douico Crucio S.

**V**T de toto poematis genere dicā, quid Muretus  
sentiāt, numeri sunt faciles, suaves, & auribus  
perisucundi: diſſilio poetica quidem, & culta: sed ali-  
quanto audacior interdum. Totum volumen peruo-  
lauit, & mecum contulit: atque, vt vno verbo meā  
de tota re ſententiā, quam & P. N. G. aperui, dicā.  
Opus dignum, quod in lucem edatur, iudico. Tātam  
ingenij felicitatem tibi à Deo donatam vnuerſo Or-  
dini noſtro gratulor. Mibi etiam gaudeo cenſuram  
licet immerenti mandatam, ex qua magnam vtili-  
tatem, atque adeo voluptatem cepi, cum multa di-  
dicerim, quæ me latebant. Tu perge, & quo cepiſti  
curſu ad ſummum Chriſto duce contende, & vale,  
meq; tui & ſtudioſiſſimum, & obſeruantifſimum  
Deo commenda.

ALVA

ALVARVS  
LVPVSE SOCIE-  
tate Ieſu, in paraphraſim  
Pſalmodum.

**R**egnator Solyma Vates ſua nuper olympo  
Carmina dum ſido peſtine culta vider:  
ſumit amans rutilis ſtellatam barbiton aſtris,  
Et latios Solyma concinit arte modos.

Pulchra Paſteſinum tenuerunt carmina Regem,  
Dum ſua ſenſa canens, non ſua verba ſonat.

Mox ait: Aſſor ledunt me diſſona Vatis  
Plectra, deeſt ſidibus, dum canit, vna fides.

Ergo Caledonias inter ſtrepat impia ſyluas  
Muſa: mea ſidicen tu Ludoice lyra.

Cui ſidibus ſincera fides, cui concinit ori  
Religio: ſacram iam tibi vrado chelim.

Te modulante canam. Quin & celeſtibus ipſe  
Qui canitur plectris, ad tua plectra canet.

A 4 EMMA



EMMANVEL PI-  
menta è Societate Iesu, in  
eãdem paraphrasim.

**C** Armina Cygnus ouans Iessei cantat Oloris,  
Et canor est idem, dissimilesq; soni.  
Ille palæstinas cecinit Iordanis ad vndas:  
Aureus hic fuluo qua nitet amne Tagus.  
Ille magisterijs celestibus arduus astra  
Transiit, hic votis proximus ire cupit.  
Mitigat ad cantus Olor ille à numine penas  
Mundo intentatas, mitigat iste modis.  
Mitis in innumeros se gratia diuidit vsus,  
Dum canit ille suã, dum canit iste lyrã.  
Audire Isacida ne formidate Tonantem,  
Non maculat, placida cum sonat ille lyra.  
Hic Olor Isacij vestigia adorat Oloris,  
Quo magis est humilis mens, magis apta sequi.  
Ipse suum, dixit, Tagus admiratus Olorem,  
Accessit titulis nunc noua fama meis.  
Ante manus dites mea copia fecerat auro,  
Ditat olorinis que modo corda modis.  
Tollite de celo Eridanum, me ponite, Cygnum,  
Quem non Eridanus, ripa aluere mea.

ADMO-



ADMODVM  
REVERENDO IN  
Christo Patri nostro Claudio  
Aquauiuæ, Præposito Socie-  
tatis IESV Generali, Ludo-  
uicus Crucius

S.



VM Iuuentutem  
Lusitanã bonarum  
literarum discenda-  
rum gratia ad Aca-  
demiã confluente-  
tem, artem orato-  
riam, poëticãq;  
Conimbricæ plures annos docuif-  
sem:

¶ 5



## EPISTOLA

sem: videremq; re nulla tam iuvari ingenia discipulorum, quam magistrorum exemplis, sæpe quæ illis componenda proponebam, coram ipse etiã scribebam: & cum quæ fecerant, palam recitassem, tum mea quoq; legebam. Expertusque sum hoc factu euisse alacriores ad hanc partem eloquẽtię capessendam, quæ poliendis carminibus continetur. Sed erant illa eius argumenti, quæ alere studium adolescentiæ videbantur, peritura tamen, siquidem ad diuturnitatem non parabantur. Domi interim præter ea, quæ maiorum iussu Tragica, Comicaq; ad publicum theatrum feci; extremo ferè tempore quo habui hanc palæstrã, animum adieci ad interpretandum carmine diuinum illud opus sacrarũ literarum, quo Psalmi centum quinquaginta continentur. Etsi enim non putabam perire mihi tempus, quo obedientia mandante humanam poësim

## DEDICATORIA.

sim agitabam, tamen hac diuina consolari animum decreui, & pietati dare eam poëticam, qualis qualis ea erat, quam longo vsu compararam, id in causa fuisse nõ diffiteor, quo minus actum agere reformidarem. Sciebam in eodem argumento plures laborasse, duosque præter Flamminium maximè celebrari. Alterum elegantissimum dictione, alterum tam accuratè hærentem Hebraicæ orationi, vt propterea etsi diligentis laudem tulerit, ingratum quiddam auribus cecinisse à plerisque videatur. Sed vt de vtroq; proferam quod sentio, priori, etsi princeps poëtarum sui temporis inscribatur, nihil debet Respublica Christiana. Nam præter summum seculus, quo se per hæresim obstrinxit, id egisse videtur, sine clarissima, notissimaq; de Christo Opt. Max. vaticinia, quæ Psalmis continentur, suo in carmine apparerent. Quo facto meritò pijs



## EPISTOLA

pijs omnibus displicuisse potuit, etiã  
si suæ factionis colluuiioni maximè  
prædicabilis habeatur. Posterio-  
verò interpretè ipse laudo, laudariq;  
à multis vellem: licèt enim suauitas tã  
ta non sit in ipso filo, caractereq; di-  
cendi, doctrinæ tamen habet vestigia  
non leniter impressa, aded vt si quis  
modò vellet (quod bona ex parte fe-  
cit Genebrardus) verborum sequi si-  
gnificationes, hac huius autoris opera,  
possit opus commentari, ijs homini-  
bus gratissimum, qui vocum notioni-  
bus delectantur. Ego porrò, vt me ve-  
nustissimum præstare non potui, nec  
si possem in re callidissima, ac sanctissi-  
ma modestiã postulante, prestitissem,  
tamen asperitatem fugi, poeticeq; lo-  
qui studui temperatè, patrum senten-  
tias secutus, qui optimè hoc diuinum  
opus interpretati à summis Theolo-  
gis iudicantur. Quamobrem oracula  
de Christo Seruatore studiose retu-  
lisse

## DEDICATORIA.

lisse contendi: contendisse porrò de-  
prehendent, qui hanc legerint inter-  
pretationem minus fortasse elabora-  
tam. Venio nunc ad editionè. Missum  
fuerat iam pridè opus Romam, ibiq;  
à M. Antonio Mureto, Fulvio Cárdu-  
lo, alijsq; doctissimis viris lectum &  
probatum. Quid igitur reliquum fuit?  
cur cessatum? Non putavi tenuitatis  
esse meæ, quanquam sine fucò à lectis-  
simis hominibus meus labor probaba-  
tur, editionem flagitare, aut auiditate  
prodeundi quenquam, qui id ageret,  
exorare. Videbã enim ex infinita pro-  
pè multitudine eorum, qui editionem  
suorum librorum moliuntur, nullum  
propè esse, qui non putet se beneuo-  
lè, alsidueq; legendum, cum tamè mul-  
tò aliter eueniat, & de quibusdam si-  
ne verecundiæ nota iactetur, debuif-  
se ipsos suo labori pepercisse. Id mihi  
cur non pertimescerè accidere quoq;  
potuisse? Accedit quòd à puero So-  
cietatis



EPISTOLA

cietatis nostræ disciplina educatus, etsi ad eam rudior, retinebam tamen animo dicta Patrum adhortantium cupiditates omnes iugulandas, atque eâ maximè quæ humanæ laudis titillatio ne obrepat. Ob has causas, imbecillitatem ingenij non ignorans, & eorum non immemor, qui priores magna sui nominis celebritate vires in hoc argumento fatigarunt, gaudebam nihil de isto opere in lucem emittendo cogitare; cum ad me perlatum est, apud P. T. seridè id agi, ne diutius ei liceat in tenebris latere. Quod si nõ ab re, nec incerta fama fuit, ac Deo ita volente lux aliqua favorabilis librũ hunc expectat, eumque iussio P. T. in publicũ exire mandat, id oro, ne sine eo patrono cœlum aspiciat, quem illi maximè optavi. Is ipse es Societatis parens. Ergo cum totus, vt cæteri nostri, tuus sim, mea alterius esse non debet. Hoc iure non facio audacter, sed officiosè illi

DEDICATORIA.

illi dedico lucubrationes, qui de meo capite potest Christi vice quæcũque iudicarit, statuere. Præterea si more huius ævi nomen aliquod tutelare est appellandum, cur ego non Patrem potius quàm dominum salutabo? Tu igitur, pater, habe tuorum liberorum operas. Et quoniam non tam gentilitiũ est tibi cognomẽ, Aquaiua, quam re, & virtute partum, age, quæso, volens, ac propitius librum accipe, & rore fecundissimi fauoris tui vel leniter adsperge, id tantũ, vt spero, satis erit nostris & externis ad hanc interpretationem modò prodeuntem cum benevolentia legendam. Vale.





IPSA DA-  
uidici carmi-  
nis littera.  
iuxta vulgatam  
editionem.

Ps. I.

LVDOVICI CRVCII  
OLYSIPPONENSIS,  
SOCIETATIS IESV,  
IN PRIMVM LIBRVM PSAL-  
MORVM INTERPRETATIO  
Poëtica Latine.

PSALMVS PRIMVS.  
Beatus vir, qui non, &c.

**D** TER Beatum, consiliantibus  
Qui non adhaeret credulus impijs:  
Non orbita vadit malorum,  
Nec cathedra sedet, vnde sanctos  
Rident profani. Condita legibus  
At iussa magni Numinis adspicit,  
Que mente versat, solis orbem  
Seu teneat rotas, seu relinquat.  
Est ille ramis arbor vt aureis,  
Quam propter vndat fluminis aluens,

A Suis

d. Est folium eius non defluet: & omnia quaecumq; faciet, prosperabunt ei.  
e. Non sic impij, non sic: sed tanquam pulvis, quem proficit ventus a facie terrae.] f. Ideo non resurgent impij in iudicio: neq; peccatores in consilio iustorum.] g. Quoniam nonie Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.]

a. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in pia peccatorum non stetit, & in cathedra pecculentia non sedet.] b. Sed in lege Domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die ac nocte.] c. Est erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum; & fructuum suum dabit in tempore suo.]



## PSALM. LIB. I.

Suis daturam poma leto  
Mittit temporibus colono.  
Illi perennat gratia frondium,  
Et poma certant annua floribus,  
Quæ solis æstas non adurit,  
Non glaciunt hyemes niuosa.  
Res impiorum non ita promouent  
Flatus secundi; gluma sed areæ  
Ut ventilata, iniurioso  
Arbitrio rapiuntur aura.  
Cum iustus aquis lancibus Arbiter  
Appendet orbem; non erit impijs  
Spes ulla cause, non beatâ  
Cælituum locus in coronâ.  
Est grata magno semita Principi,  
Et mens piorum: sed via lubricos  
Infausta deuoluet profanos  
In stygij fera iura regni.

## PSALM. II.

Quare fremuerunt gentes.

Quid trepidant gentes? populi quid inania secus  
Vanis mimantur offerri conatibus?  
Principibus iurant immisti fœdera Reges,  
Deo, Deiq; bella Christo ut inferant.  
Eia viri, amborum rumpamus vincula, clamant,  
Et seruitutis colla soluamus iugo.

Hanc

a. Quare fremuerunt  
gentes: & populi me-  
ditati sunt inania?  
b. Asciterunt Re-  
ges terre, & princi-  
pes conuenerunt in

unum aduersum Dominum, & aduersus Christum eius. c. Dirumpamus vin-  
cula eorum; & projiciamus a nobis iugum ipsorum. d. Qui habitat in cœ-  
lis iridebit eos; & Dominus subsannabit eos. e. Tunc loquetur ad eos in  
ira sua; & in furore suo conturbabit eos. f. Ego autem constitutus sum  
Pater ab eo super Sion montem sanctum eius; prædicans præceptum Domini.  
g. Dominus dixit ad me, filius meus es tu; ego hodie genui te. h. Postula  
à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminas terra.  
i. Reges eos in irâ ferrea; & tamquam vas figuli confringet eos. l. Et  
nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. m. Seruie Dño in  
timore

## PSALM. II.

Hanc, habitat cæli qui templa micantia, ridens  
Insanientem ludet impotentiam.  
Ipse timenda graui miseris Venus ore locutus,  
Studia furore vana turbauit suo.  
Regem quippe meum sanctis ego collibus, inquit,  
Iussi Sionis imperare, Gentium  
Fimibus vnde meas leges, & fœdera dicet,  
Sic ora mecum soluit at rerum sator:  
Es mea progenies, genui te hoc lumine, patrem  
Hereditatem posce me, gentes dabo.  
Et restuo dirimit qui limes ab aquore terras,  
Tui ille fines imperi metabitur.  
In tumidos sceptro populos regnabis abeno,  
Durosque franges instar vrne fistilis.  
Vos regnare datum quibus est, & figere leges  
Vite, atque mortis arbitras, aduertite.  
Discite Iustitiam, reuereri assuescite Numen,  
Domini fouete cum timore gaudia.  
Et quem perpetuo Regem signauit honore,  
Vltro aduolantes filium osculamini.  
Forfitan irascens ne vos erroribus actos  
Panis fatiget, pressa si remisit  
Ira lora parum; sero agnoscetis, in illo  
Qui spem locarunt, esse felicissimos.



A a

PSALM.

timore: & exultate  
ei cum tremore.  
n. Apprehendite  
disciplinam, nequ-  
ando irascatur Do-  
minus, & creatus  
de via iusta.  
o. Cum exarserit  
in brachio eius, &  
ati omnes qui confu-  
derunt in eo.



Ps. 3.

Domine quid mihi  
multiplicati sunt qui  
bulant me? multi in-  
surgunt aduersum me.

Multi dicunt ani-  
ma mea non est ualua  
ipui in Deo eice.

Tu autem Domine  
succipior in uocem glo-  
ria mea & exaltans car-  
put meum.

Vocem meam ad Do-  
minum clamavi: & ex-  
audiuit me de monte  
sancto suo.

Ego dormitui & so-  
poratus sum & exur-  
rexi: quia Dominus  
succipiet me.

Non timabo mili-  
tia populi circum-  
danti me: exurge  
Domine saluum me  
fac Deus meus.

Quoniam tu per-  
cutisti omnes aduer-  
santes mihi sine cau-  
sa: dentes peccatorum  
confraxisti.  
tuum benedictio tua.

PSALM. LIB. I.

PSALM. III.

Domine, quid multiplicati sunt?

**M**ulti cur, Pater optime,  
Hostes arma fremunt hostibus additis?  
Cur in perniciem meam

Coniurant acies? Naminis, inquit,  
Nec esse fetus amabili  
Durabit, nec opem sentiet aetheris.

Per belli fera praelia  
Me saluum dederit cum tua parmula:  
Astris, o mea Gloria,

Cum tu flammis omnis hoc caput inferas:  
Me cum rebus in aetheris  
Orantem e superis montibus audias.

Stratis molliter incubo,  
Dum nox alta volans sidera permeat.  
Expers sollicitudinis,

Natum flamma diem cum vaga prouehit,  
Surgo, nam Deus excubat.  
Hoc custode tremam non ego millia

Genis pallidus effere,  
Coniurata meum fundere sanguinem.  
Rex in praesidium mihi

O aeterni ueni. Tu quatit hostium  
Malas insidiantium.  
Tu pollente manu saua gementium

Dentes

Domini tui salus & super populum

PSALM. IV.

85

Dentes conteris inuidos.  
O vitae columen, res tibi creditas  
A Eternum populi tui  
A Equo largus opum numine prospera.

PSALM. IV.

Cum inuocarem, exaudiuit  
me Deus.

**T**E Deus alme uoca, responde ex aethere, quando  
Es testis innocentia:  
Sepeq; me trepidum duxisti, o vltor, apertum  
In a quor ex angustis.

Nunc miserere mei, & precibus da supplicis aurem.  
Quousq; regni Principes  
Viscera liuor edet? quid amaris inania? quorsum  
Hec fingitis mendacia?

Extulit electum Deus, hoc agnoscite, Regem:  
Et innocentem exaudiet.  
Formidate Deum, scelus exhorrescite: lecto,  
Et ante somnos, reddite:

Arcanos animi sensus, & libera vestra  
Errata linguae pendite.  
Pura mente sacris adolete altaria flammis;  
Tunc spem Deo committite.

Dimitis inhiant multi: quis amabile nobis  
Aurum rependet? inquitunt.

A 3

D 4

in cubiculo relictis. compari dimiti.  
Sacrificate sacrificium iustitiae & s-  
perate in Domino; multi dicunt: quis auerdet nobis bona?  
Signatum est  
super nos lumen vultus tui Domine: dedisti benedictionem in corde meo. A  
succo fontenti, vini, & olei multiplicati sunt. In pace in idipsum dormi-  
am & requiescam. Quoniam tu Domine singulariter in spe constitisti me.

Ps. 4.

Cum inuocarem ex-  
audiuit me Deus iusti-  
tia meq; in tribulati-  
one dilatasti mihi. Mi-  
serere mei, & exaudi ora-  
tionem meam.

Fili hominum us-  
quequo graui corde ut  
quid diligenti penita-  
tem, & queritis men-  
sationem?

Es scitote quoniam  
am mirificavit Domi-  
nat sanctum suum:

Dominus exaudiet me-  
cum, clamauero ad eu-  
m, Irascimini, & nolite  
peccare: quae dicitis

in cordibus uestris, &



## PSALM. LIB. I.

Da tua signa mea vita, sequar omnibus annis,  
Tuo coruscans lumine,  
A Euum letus agam. Tum vini, frugis, oliu  
Sit dines alter horreis.  
Cum mihi blanda tue concesseris ocia pacis,  
Noctem quietus dormio.  
Quippe meum fundas animum spe, & sede locatum  
Corroboras immobili.

## PSALM. V.

Verba mea auribus percipe  
Domine.

**D**A facile verbis, pater, implorantibus aurem,  
Accipe qua meditor, quos tollo ad sidera  
questus.

Rex idem, numenq; mihi. Te supplice semper  
Mente colam, votisq; petam: Nabarhaa priusquam  
Purpureis caelum radijs Aurora coloret.

Supplex mane tuum veniens orare fauorem,  
Sic loquar: Improbitas omnis tibi displicet: exlex  
Speret nemo tuis habitare penatibus hospes.

Ante tuos oculos fontes astare tremisunt,  
Odisti qui fraude nocent, mendacia fingunt,  
Humanumq; feri gaudens haurire cruorem.

Ipse autem repetens quam sis miseresere pronus  
Alma tui veniam supplex ad limina templi.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. *Niridm sanguinū & dolorem abomina bitur Dominus.* Ego autem in multitudine misericordie tue introibo in domum tuam; adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua; propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. *Quoniam non est in ore eorum veritas; cor eorum vanum est.* Sepulchrum patens est guttur eorum, lingua suis dolere cogitant, iudica illos Deus, decedant a cogitationibus suis, secundum

## PSALM. VI.

**7** **V**t tibi sacra feram, te religiosus adorem.  
Institia reclude viam, ne fraudibus hostes  
Decipiant, tua pone legam vestigia ductus:  
Falsa tonant fictis mendaces irrita curis,  
Consilia exagitant fallacibus oribus illi,  
Guttur habent instar redolentis mortua busti,  
Elanditias soliti linguarum adflare veneno.  
Ergo illos Dens exerce, iustisq; fatiga  
Supplicijs, medijs olim conatibus agri  
Deficiant, aquent pulsi commissa luendo:  
Irritare tuum quando potuere furorem.  
Tempora agant leti, quibus es fiducia, tollent  
Illi te numeris, dum sol radiauerit orbem,  
At clypei tectos umbra tutaberis illos.  
Felices nimium, seruant qui in pectore nomen  
Alme tuum, iustos etenim largissimus implet,  
Et bonitate pios, scuti velut orbe, coronas.

## PSALM. VI.

Domine ne in furore tuo.

**I**Ra dum reddit mihi te minacem;  
Carpe ne rerum Genitor merentem:  
Neue, dum iusto furor adflat aestu,  
Exige penas.  
At laborantis miserere tandem,  
Quem tuo seruens agit egritudo:

*Salua mea.* Et anima mea turbata est valde; sed tu Domine iusquequo. *Conuertite Domine te oripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.* Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? *Laboravi in domum meo, lauaui pedes singulis noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Turbatus est a furore oculus meus: inveterari inter omnes inimicos meos. *Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudierit Dominus vocem fletus mei.* Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus ora-

multitudine iniquitatem eorum expulsa est quoniam irritaverunt te Domine.

Et laetentur omnes qui sperant in te Domine in aeternum exultabunt et habitabis in eis.

Et gloria duntur in te omnes qui diligunt salutare tuum. Quoniam tu benedixisti iusto. Domine ut scuto bono velutatis tue coronasti nos.

## Ps. 6.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. *Miserere mei quoniam infirmus sum: sana me Domine quoniam conturbata sunt*

*Redda* *Et anima mea turbata est valde; sed tu Domine iusquequo.* *Conuertite Domine te oripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.* *Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* *Laboravi in domum meo, lauaui pedes singulis noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* *Turbatus est a furore oculus meus: inveterari inter omnes inimicos meos.* *Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudierit Dominus vocem fletus mei.* *Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus ora-*

nonem meam suscepit.  
 Erubescant & con-  
 vertentur vehementer  
 opprobrii inimici mei.  
 conturbentur & erubescant  
 valde veluti  
 ter. x. 27

PSALM. LIB. I.

Redde me fractis medicus salutis.  
 Osibus agrum.  
 Mens adhuc curis magis agra languet,  
 Tunc despectum penitus relinquet?  
 An meo optatum statuis labari  
 ponere finem?  
 Quo soles vultu, Pater ò, redito,  
 Eximes atro caput à sepulchro,  
 Facta me vindex mea, te benignum  
 Parcere cerne.  
 Quis tua laudis meminit sepultus?  
 Te quis ad nigrum memoravit orcum,  
 Nox ubi aeternum patitur silenda  
 Frigida somnum?  
 Nulla lamentis vacat hora solis,  
 Fletibus totus ago noctis umbras.  
 Et superiecto rigo lacrymarum  
 Flumine lectum.  
 Fletus, & marens hebetavit angor  
 Luminum vires, color inter hostes,  
 Et rigor læta posuere rugis  
 Frontis honorem.  
 Vos, quibus fraus est iocus, & voluptas  
 Ite, spe vana cecidistis: aure  
 Nam meos questus Dominus recepit  
 A Bquis amicâ.  
 Annuit vultu precibus sereno,  
 Audijt lenis mea vota, cessas

Turba

PSALM. VII. 09

Turba confuso variare turpes  
 Ore colores?  
 Tingat hostilis pudor ora turba:  
 Corda dissoluat pavor: Eia votis  
 Irriti, mæstos agite in remotis  
 Sedibus annos.

PSALM. VII.

Domine Deus meus, in te speraui.

**T**E rector orbis spem salutis vnticam  
 Periclitantis inuoco.  
 A facione reddo persequentiū  
 Potentiore sospitem.  
 Leonis instar efferi ne deuoret  
 Hostis carentem vindice.  
 Mentem, manusq; labe si piaculi  
 Contagiosa pollui:  
 Si damna damnis reddidi, spe decidam  
 Priuatus omni gloria,  
 Fugiens, ab hoste persequente retrahar,  
 Maculatus ense corruam.  
 Mecum in sepulto funeretur inclytis  
 Quæcumq; laus est nominis.  
 At vltor ira surge plenus, fulminas:  
 Inuade fines hostium.

A 5

Cordi

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculect in terram  
 vitam meam, et gloriam meam in puluere deducat. Exurge Domine in ira tua:  
 et exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge Domine Deus meus  
 in præcepto, quod mandasti: & synagoga populorum circumdabit te. Et prop-  
 ter hoc non timebo: Dominus iudicat populum. Inuolca me Domine  
 secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me. Confa-  
 meatur nequitia peccatorum, et dirigit iustitiam scrutans corda & renes Deus. Ius-  
 tum adiutorium meum à Domino, qui saluum facit rectos corde. Deus iudex iustis

Ps. 7.

Domine Deus me-  
 us in te speraui: sal-  
 uum me fac ex omni-  
 bus persequentibus  
 me & libera me.  
 Ne quando rapi-  
 at ut iocundam me-  
 am, dum non cogi-  
 redimatur, neq; qui-  
 saluum faciat.  
 Domine Deus me-  
 us, si facti iustis: si et in-  
 iquitas in manibus  
 meis.  
 Si reddidi retribu-  
 tionibus mihi mala:  
 decidam merito ab i-  
 nimicis meis iustis.

foris et patiens nū  
quid irascitur per  
singulos dies

Nisi convici fuerit  
gladium inuicem  
vibrabit; arcum suum  
tetendit & parauit il-  
lum.

Et in celis aravit  
vesa moritur; irasces  
suis ardentibus efficit.

Ecce pariter in-  
iuriam; concepit do-  
lorem; et peperit tri-  
quitem.

Lacum aperuit et  
effodit venam; et in cidi-  
no foveam quam fecit.

Convertitur dolor  
eius in caput eius; et  
in venam ipsius in-  
iquitas eius discent-  
ia.

Confitebor Domi-  
no secundum irascenti-  
am eius; et pallam  
memini Domini aler-  
tissimi.

PSALM. LIB. I.

Corde esse legem, quam tulisti, ut asserat,

Exurge: nam minoribus

Iniuriosos imperas à publica

Authoritate corripi.

Si me tueris, te corona gentium

Plaudentium circumdabit.

Defensor equi iuris, innocentia

Ab omnibus vocabere.

Hanc surge propter gloriam sublimior,

Qui iura das mortalibus.

Agnosce causam, iudica: vide meam

Quasitor innocentiam.

Vanesces hominis tam scelesti iniquitas:

Iusti vigebit aqutitas.

Scrutatur etenim perspicax mentem Deus,

Introspectit precordia.

Illum hinc salutis habeo presidium meae,

Nam corde puros liberat.

At vos scelesti turba, cunctantis mora

Ne Numinis fallamini.

Vt equi amicos sospitat: sic tempore

Suo fatigat improbos.

Ni frena mentis obstinata vertitis,

Iam stringit enssem flammeeum.

Iam tendit arcum: tela mittit ignea:

Vrentur illis faucij.

Tu, qui nefanda parturis, doloribus

Exastuas dum concipis.

Partumq;

PSALM. VIII.

Partumq; tandem fundis, instar sabula,

Quam fingit umbra somnij.

Scrobe, denotare qua parabas alterum,

Hac denotatus occidis.

Frans in parentem redyt, autoris suis

Ruina presit verticem.

Erit ergo carmen AEquitas Dei mihi,

Eiusq; nomen inelytum.

PSALM. VIII.

Domine Dominus noster,  
quam, &c.

Noster humane Imperator

Gentis ò clarissime,

Quam tuum nomen per omnes

Orbis oras funditur!

Elegantior decore

Astra celi prateris.

Muta soluis ora laudes

In tuas infantia;

Cuius acclamatione

Victor hostes eruis.

Hoc tua videbo caelum

Arte factum dexterae

Orbe Lunam nunc rotundam,

Nunc acutam cornibus;

Flam

digitum tuorum: Lunam et stellas que tu fundasti.

memor es eius! que filius hominis quemam visticas eum!

paulo minus ab Angelis gloria te honore coronasti eum, & constituisti eum super o-

pera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, ovēs et bo-

ves universas, insuper et pecora campi. Volucres celi et pisces maris, qui

perambulant semitas maris. Domine dominus noster, quam admira-

Ps. 8.



Domine dominus  
noster quam admira-  
bile est nomen tuum  
in universa terra que  
iniam douata est mag-  
nificencia tua super  
celes.

Ex ore infantium  
& lactentium pesti-  
citi laudem profer-  
unt inimicis tuis: ut des-  
truas inimicum &  
ultorem.

Quoniam vide-  
bo coelos tuos opera-  
bo coelos tuos opera-

Quid est homo, quod

Ministi eum,

Omnia subiecisti sub pedibus eius, ovēs et bo-

ves universas, insuper et pecora campi. Volucres celi et pisces maris, qui

perambulant semitas maris. Domine dominus noster, quam admira-



12 PSALM. LIB. I.

Flammæ stellas in ipso  
 Conspicabor æthere,  
 Tunc, Quid est homo? rogabo:  
 Cuius es non immemor.  
 Exulis quid est Adami  
 Stirps, ut illam visites?  
 Condidisti si minorem  
 Angelorum cœtibus.  
 Inclutum tamen creasti  
 Mente, forma, gloria.  
 Quicquid est tui peractum  
 Roboris potentia,  
 Te volente, te iubente,  
 Et sub illo p̄ncipe.  
 Cuncta, quæ meantis auræ  
 Vina potant spiritum,  
 Eius ipse collocasti  
 Sub pedum vestigijs.  
 Huic boues, ouesq; parent,  
 Huic agrorum belluæ:  
 Huic volucres, ac ruentes  
 Lata pisces æquora.  
 Noster humane Imperator  
 Gentis ò clarissime,  
 Quàm tuum nomen per omnes  
 Orbis oras funditur!



PSALM.

PSALM. IX.

Ps. 9.

PSALM. IX.  
Confitebor tibi Domine.

**T**E cithara, te voce canam: tua mente reuoluam  
 Facta, Parens, tibi lætria perfusus in auras  
 Efferar, & citharas numeris vocalibus addam  
 In nomen, Rex alme, tuum. Ruit hostis ab ore  
 Namq; tuo fugiens, animamq; efflauit eundo.  
 A Equus enim index partes aduersus iniquas,  
 Ipse mihi afflictæ dirimis certamina cause.  
 Gentibus increpitans clausisti immanibus ora.  
 Impietate reos damnasti, nomina quorum  
 Fecisti æternum secreta minoribus esse.  
 Hostis amare, tuo sinem Dens attulit ensi,  
 Et tua prostratis iam diruet oppida muris.  
 Illa cadent magno radicitus eruta motu,  
 Tæq; simul tacite condent obliuia fama.  
 Ipse autè Dominus manet, æternamq; manebis;  
 Iamq; sibi solium componit, ut arbiter orbem  
 Temperet, & populos examine iudicet æquo.  
 Præsidium miseris aderit, statioq; furentes  
 Tempestas rerum cùm soluerit aspera ventos.  
 Ergo, Parens, duris sperent te in rebus amicum,  
 Qui nomen nouere tuum. Non sorte relinquis  
 In grauiore pios, qui te, & tua iussu requirunt.  
 Dicite vos Dominum, qui numine testæ Sionis  
 Alma tenet, populis externa per oppida ferte

Confitebor tibi, dñe  
 in toto corde meo: in  
 rabi omnia miracula  
 tua.  
 Quisior et exul  
 tabo in te: spallam no  
 mini tuo, albisime.  
 In conuersione do  
 imitum meum retror  
 sum: in firmabuntur  
 & peribunt à facie tu  
 a.  
 Quoniam fecisti  
 iudicium meum et  
 causam meam, radi  
 ti super thronum: qui  
 iudicas iustitiam.  
 Increpauit gen  
 tes, & pergit impius  
 nomen coram de  
 lecti in æternum.  
 & in sæculum sa  
 culti:  
 Inimici d' electorū  
 fræmea in sinu: &  
 epuitati eorum de

traxit: perit memoria eorum eam sentit. Et Dominus in æternum germa  
 nel: parauit in iudicio tremuntur eorum: & ipse iudicabit orbem terra in æquitate,  
 iudicabit populos in iustitia. Et factus est Dominus refugium pauper, ad  
 iutor in opprobriatibus in tribulatione. Est sperent in te qui non erunt  
 nomen tuum: quoniam non dardelquisi: quærentes te Dominus. Pallite  
 Domino qui habitet in Sion: annuntiat in tota ciuitate studia eius. Quo  
 nam requirunt sanguinem eorum recordatus es: non est oblitus clamorem pauper  
 rum.  
 Misere mei Domine, vide humilitatem meam de inimici meis.  
 Qui

Quo exaltat me  
de portis morati, ut  
annunciam amorem  
fundationem tuam  
in portis Hierusalem  
Exultabo in sa-  
lutari tuo: in fructu  
runt gemitus in in-  
teritum quem fecer-  
ant.  
In laqueo tuo  
quem ascenderunt  
conprehensurum  
suis et per eorum  
Cognoscitur  
Domini iudicium  
faciens in operi-  
bus manuum su-  
arum comprehen-  
sus est peccator.  
Conversantur  
omnes peccatores in  
infernum, omnes  
gentes qui obli-  
vuntur Deum.  
Quoniam non in-  
fernum oblivio erit  
pauperum: patientia  
pauperum non per-  
ibit in infernum.  
tes in conspectu tuo.  
tes quoniam Domini sunt.

PSALM. LIB. I.

Consilia, euentis nunquam caritura secundis,  
Cecide vaporantes in fonte vlciscitur enses,  
Et dare pauperibus non obliuiscitur aurem.  
Alme precor, miserere: meas o respice curas,  
Hostilisq; minas odij: Ne regia lethi  
Effice me piceis includat ahenea portis.  
Ipse tuas reperiam Solyma per atria laudes,  
Autoremq; mea dicent cava nablia vite.  
Quem fecere lacum, gentes adiere maligna:  
Retia ponentes nodati in retibus haerent.  
Scilicet hanc legem statuit vindicta Parentis  
Admiranda, suis fallantur ut artibus artes:  
Et laquei proprijs inuenti autoribus obsint.  
Impietas ergo teneat regna inuisa Soli,  
Et secunda Dei gentes que obliuia potant:  
Integritas autem nec tristibus occubet umbris,  
Spes inopum seros nec luceat obruta fines.  
Surge, Parens, ne quis rerum successibus aucltus,  
Erigat in terens elato cornua vultu.  
Iuraq; regnator da gentibus a qua superbis,  
Adde metum, feno quoniam formidinis acta,  
Aspicient Numen maioribus esse timendum,  
Vlturum in timidos que patrauerunt minores.



PSALM.

Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur gen-  
tes in conspectu tuo. Constitue Domine, legislatorum: tuper eos, sciant gen-  
tes quoniam Domini sunt.

PSALM. X.  
Vt quid Domine recessisti  
longe?

**C**ur procul alme Parens abesse videre, quando  
Atrox procella temporum iustos agit?  
Impius euebitur dum fastu elatus inani,  
Pium superba calcat impotentia.  
In caput o vertinam recidant inuenta malorum,  
Et cogitatis occidant furoribus.  
Se leuat in caelum, temerata nefarius explet  
Libidinosi quando vota pectoris.  
Applaudunt scurre linguis, animosior inde  
Suis lacebit astra contumelijs:  
Ergo furens animi, posita formidine, caeli  
Vltoris iram Regis obliuiscitur.  
Qua vocat improbitas, illa scelus occupat omne,  
Seu nox oberrat, siue Sol regit diem.  
Non subit interea, quibus illum excindere panis  
Statuit seueri lesa maiestas Dei.  
Aut animi plenus dominum se fingit in hostes,  
Aut haec inani voluit impudentia:  
Ibit inoffenso pede vita, nonissima donec  
Meum coronet verticem felicitas.  
Frandes ore vomit, promptus maledicere, lingua  
Bonis dolores, & labores parturit.

Colloca  
suarum dominabitur. Dixit enim in corde suo, non mouebo a genera-  
tione in generationem, sine malo. Cuius maledictione et plenum est, et  
amaritudine & dolo: sub lingua eius labor et dolor. Sed et in insidijs  
cum diuulsijs: in oculis ut interficiat innocentem. Oculi eius in pau-  
perem respiciunt: insidiatur in absconditis, quasi leo in spelunca sua.  
Insidiatur ut rapiat pauperem; rapere pauperem. Dum atterat eum.  
In laqueo suo humilabit eum: inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pau-  
perum. Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus, auertit faciem suam

Ve quid Domine recessisti longe? Atque  
cui in opportuni tatis in  
tribulatione!  
Dum superbi in-  
pium, incedunt pau-  
per: comprehensurum  
in conspectu, quibus ce-  
gant.  
Quoniam laudat  
peccator in deridendi  
y anima sua: & in  
quis benedixit.  
Exacerbavit Do-  
minum peccator: et  
eundem multitudine  
nem ira sua non  
guyet.  
Non est Deus in  
conspicua eius: in-  
nata sunt in illis  
in omni tempore.  
Aperitur iudi-  
tia tua a facie eius:  
omnium inimicorum  
non mouebo a genera-  
tione in generationem, sine malo. Cuius maledictione et plenum est, et  
amaritudine & dolo: sub lingua eius labor et dolor. Sed et in insidijs  
cum diuulsijs: in oculis ut interficiat innocentem. Oculi eius in pau-  
perem respiciunt: insidiatur in absconditis, quasi leo in spelunca sua.  
Insidiatur ut rapiat pauperem; rapere pauperem. Dum atterat eum.  
In laqueo suo humilabit eum: inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pau-  
perum. Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus, auertit faciem suam

Universidad de Deusa  
ne videat in finem.

**Es** surge dominice  
Cui exaltetur ma-  
nus tua: ne obli-  
vitaris peccatores.  
Propter quod iri-  
tauit impius Deum!  
dixit enim in corde  
suo. Non requiret.  
Vider quoniam  
tu dolorem & labo-  
rem consideras, ut  
tradidas eor in ma-  
nus tuas.

Tibi devotus  
est pauper: oppro-  
brii er adiutor. Con-  
tere brachium pec-  
catoris & maligni:  
quecietur peccatum  
illius, et non in-  
venietur.

Dominus regna-  
bit in aeternum, et  
in seculum seculi  
peribit: sicut de-  
torra illius.

Dofiderium pau-  
porum exaudivit  
Dominus: preparationem cordis eorum audivit auris tua.  
pupilla et similia: ut non apponat ultra magnificari se homo super terram.

16

PSALM. LIB. I.

**Collocat** insidias circa ferus atria ditum,  
Inde ut cruorem spargat innocentium.  
Hinc inopem toro venientem lumine servat;  
Respicit ab antro saevus ut praedam leo.  
Innocuis ergo later imprudentibus hostis;  
Ut implicatos retibus trahat suis.  
Quos ubi despexit luctari in casibus, exit,  
Superq; toto pectore incumbens, cadit.  
His ubi non meritos affectu cladibus, arte  
Immanitatem celat implacabilem.  
Tunc secum haec memorat: Deus obliuiscitur  
orbem,

Et, ut ferantur res, videre negligit.  
Surge, manum radis attolle minacibus ultor,  
Ne te piorum caperint obliuia.  
Cur impune tuus secum meditabitur hostis,  
Non esse cura res tibi mortalium?  
At bonus innocuis miseranda incommoda cernis,  
Et quo dolore torqueantur adspicis.  
Indignata, vides, ut sciat ira tyranni,  
Quem puniendum dextera trades tua.  
Sunt inopes, & erunt tua cura, parentibus orbans  
Tutor gubernas ipse solitudinem.  
Vires frange: pios adeo quibus impius urget,  
Ut non reperias quem secundo punias.  
Omnia Rex hominum dominabere tempora,  
quoniam  
Ex orbe semen impium fugaveris.

Hac  
Iudicare,

PSALM. XI. 17

Hec sunt almae Parentis: audi pia vota bonorum:  
Hac mista lacrymis peccatori in suspiria.  
Pupillum tenuemq; velis defendere, sergat  
Animis tyrannus ne quis insolentior,  
Et validis fidens opibus calcare minores  
Audeat eodem filius e terra luto.

PSALM. XI.  
In Domino confido: quomo-  
do, &c.

**C**um Domino fidam, quid dicitis, Alite pinda  
Instar avis timida per iuga summa fuges?  
Impius intendat calamus lethalibus arcum,  
Et velit oculata cade necare pius.  
Quid merere boni, si fundamenta ruerunt,  
Pravorum instabilis non bene fulta manu?  
Sancta coruscantis vindex habet atria templi,  
Inde toro residens omnia facta videt.  
Per varias hominum circumfert lumina curas,  
Lumina secretum praevertitur a nihil.  
Approbat, insontes peragunt quae curq; labores,  
Omne sed averso despicit ore, et as.  
Quis si per exleges totum iaculabitur ignem,  
Missi q; sulphurea retia nube pluet:

B

Adde

insipientes: palpebrae eius interrogant filios hominum.  
Iustum et imonium: qui autem diligit iniquitatem, adiecit animam suam.  
super peccatores laqueus: ignis et sulphur, et spiritus procellarum, pars calicis eius.  
Quoniam iustus Dominus, et iustitiae dilexit: equitatem vidit iustus eius.  
Oculi eius in pauperem  
Dominus interrogat  
Puer  
partem calicis eius.

PSALM, II.

\*\*\*  
\*

In Dno confido: quomodo dicitis quibus meis,  
Et angora in montem sicut pastor?  
Quoniam ecce peccato-  
ri intendentur arcum:  
paraverunt sagittas suas  
in parietem, ut sagittent  
in brevis velas cordis.  
quoniam qui perfrin-  
ti destruxerunt: iustus  
autem quid fecit?  
Dominus in templo a-  
lio suo, Dominus in ca-  
lo videt eius;

Oculi eius in pauperem  
Dominus interrogat  
Puer  
partem calicis eius.



Addet agens hyemes. Hac pharmaca diluet auris: Impie lethæo vase bibenda tibi. Institiam Dominus rerum quia diligit, omnes Pectore qui casto recta sequuntur, amat.

PSAL. 12,

3 3 3 3

Saluum me fac Dni, quoniam desecit sanctus, quoniam diminuta sunt veritates à filijs hominum.

Vana locuti sunt unusquisq. ad proximum suum: labia dolosa, in corde, et corde locuti sūt.

Disperdat Dñs uniusa labia dolosa, et linguam magniloquam.

Qui dixerunt, Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, qui nos non Dñs est?

Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam, sicut Dñs. ponam in saluatore, fiducialiter agam in eo. Eloquia Dni, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terre purgatum, sicut plumbum. Tu Dñe serua bis nos: et custodies nos à generatione hæc in æternum. In circuitu impij ambulanti: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

PSALM. XII.

Saluum me fac Domine, quoniam, &c.

Receptor esto presidium mihi. Nam fugit orbem territa sanctitas: Fidesq; mutauit remoto Exilio temerata gentes.

Mendosa narrant quisq; sodalibus, Verbis amitant dulcibus alterum: Sed corde prauas fraudulentos, Ut noceant, meditantur artes.

Ofrangat orbem qui regit arbiter Fucata blandis ora coloribus: Doctam recidat magna linguam Intrepidus resonare dictis.

Audent superbi talia proloqui, Verbis agamus cuncta licentiis: Nam nostra habentis ecquis ora Aut hominum premit, aut Deorum?

Ad

Aduertit aurem, sed querimonis Numen bonorum scna gementium: Dixitq; surgam, nec cathenas Sub tumido patiantur hoste. Quin liberatos sedibus inferam, Impunè cernent vnde pericula; Rerumq; motus, & frementes Sub pedibus volitare curas. Promissu ducit semper in exitum Syncera, tanquam fusile seprimo Aurum camino quod recoctum Dissimili sine face lucet.

Nos efferatæ gentis ab impetu Regnator olim magne tueberis: Nos à malorum stirpe saluos Perpetuum statues in æuum. Rerum potestas cum datur improbis (Scis alme) versant cuncta volubiles: Terræq; proles in bonorum Asperior sobolem tumescit.

PSALM. XIII.

Vsquequo Domine obliuisceris me in finem?

Quo Pater vsq; mei capiēt te obliuia? semper Ora te ges, oculis non retegenda meis?

B 2

Con-

tuam à me? Quandoque ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice et exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos ne unquam dormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, Prevalui aduersus eum. Qui tribulat me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi. Exultabit cor meum in salutare tuo: cantabo Dño qui bona tribuit mihi: et psallam nomini Dni altissimi.

PSAL. 13.

3 4 3 3

Vsquequo Domine obliuisceris me in finem? usquequo avertis faciem



20 PSALM. LIB. I.  
 Consiis animum quod tristibus r̄sq̄ fatigat?  
 Flebile quo pectus desinet esse die?  
 Quo ferus r̄sq̄, suos de me caret hostis honores?  
 Verte precor vultus ad mea verba tuos.  
 Hos radius oculos tandem vitalibus adfla,  
 Sopit: stygis ne moriantur aquis.  
 Ne mens, Inualui, pleno carat amulus ore;  
 Namq; meis alacer casibus hosti erit.  
 Spes ego quas habeo, te solo in praside figo.  
 Alma salus veniat numine missa tuo.  
 Tum scera meis accideri gaudia rebus,  
 Teq; tuumq; meo nomen in ore feram.

PSAL. 14.

+ + +  
 +

Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in habitis suis: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Domine aq̄ celo prospexit super filios hominum: ut videat si est intelligens aut requirit Deus.

Omnes declinaverunt, simul inutiliter facti sunt: non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sepulcrum patens et guttur eorum: lingua sua dolari agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quisquam os maledictianae et amaritudinis plenum est: velociter pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritis et infirmitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum. Nonne cognoverunt omnes qui operantur iniquitatem, qui derisunt plebem meam sicut iram panis? Dominum non invocaverunt, illuc trepidaverunt timore ubi non erat timor. Quoniam Dominus in generatione ultia est, consilium inopi confudit: qm̄

PSALM. XIV.

Dixit insipiens in corde suo.

Impietas, addens calcaria caca furori,  
 sibi dixit, Orem qui regat non est Deus,  
 Polluit hinc hominum contagio lurida mores,  
 Nemine sequente veritatis orbitam.  
 In terras oculos Deus aethere misit ab alto,  
 Facta ut videret omnium mortalium.  
 Effet an ex hominum tor sarem millibus missis,  
 Quis corde numen prior requireret.  
 A recto in prava gens declinaverat artes  
 Humana, caelo facta detestabilis.

Omni.

PSALM. XV.

21 Dominus spes eius est.  
 Quis dabit ex sis salutaris Israel? cum avertit Dominus captivitatem plebis eius, exultabit Iacob, et habitabit Israel.  
 Omnibus vnus erat furor in contraria veri,  
 Nam fas, pudorq; continebat neminem.  
 Fas coleret illi, scelere qui vela dederunt,  
 Plebem vorantes ut suos cibos meam?  
 Qui etiam viuunt securi vindicis auum:  
 Nullo invocantes numen in periculo.  
 At gelido victi ponent horrore tumores,  
 Cum res timorem nulla iustis afferet.  
 Qui fouet insontes, hac dicit fontibus olim,  
 Studia vocastis pauperum ludibria?  
 Spes erat, & constans valide fiducia mentis,  
 Deus secundo quam beabit exitu.  
 Quis dabit aerea missam de rupe Sionis  
 Opem vocatis Isaci nepotibus?  
 Cum Deus in patrias profugos reuocauerit vrbes,  
 Tunc Abrahamo nata gens letabitur.

PSALM. XV.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?

O sator rerum, quis amara tecum  
 Aetheris felix habitabit arua?  
 Quem fines almi tua ferari  
 Per iuga montis?  
 Integrum vitae scelerisq; purum,  
 Iuris & veri cupidum, veneno

B 3

Resci-

tem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua: in suo malum, et opprobrium non accepit adversus proximos suos: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignitas, timenter autem Dominum glorificat: Qui iurat proximo suo, et non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit: Qui facit Se non movebitur in aeternum.

PSAL. 15.

+ + +  
 +

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam:

Qui loquitur veritatem: Non fecit proximo suo: timenter autem Dominum glorificat: Qui iurat proximo suo, et non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit: Qui facit Se non movebitur in aeternum.



22 PSALM. LIB. I.

Nescium blando medicare fœta  
 Spicula lingua.  
 Damna moliri sociis, amicos  
 Turpium dictis maculare rerum;  
 Casta qui pure temerare fugit  
 Nomina fama.  
 Impios ducens nihilo minores,  
 Qui rebit iustos super astra laude  
 Vera iurati stabilire certus  
 Fœdera pacti.  
 Non dedit nummos repetendo lucra;  
 Non ut infontem spoliaret auro  
 Cœsit, inuictus stetit imò contra  
 Munera iudex.  
 Quisquis hæc felix animi peregit,  
 Euolat penna metuente solui:  
 Redditem celo canet at sequentes  
 Fama per annos.

PSAL. 16.

✦ ✦ ✦  
 ✦

Conseruame Domine,  
 quoniam speravi  
 in te. Dixi Domine  
 Deus meus et tu, quo-  
 niam honorum meorum non egre-  
 cavit omnis voluntates meas in eis.  
 Multiplicatae sunt infirmitates corp-  
 oris mei: acceleraverunt.  
 Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus:  
 nus memer ero nominum eorum per labia mea.  
 Dominus parvi heredita-  
 tis mea, et calcium meis: tu es qui restituis hereditatem meam mihi.  
 Non ceciderunt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi.  
 Beneficentiam Dominum qui tribuit mihi intellectum, in super et usq. ad nollam  
 increperunt & reos mei. Providebam Dominum in conspectu meo: per

PSALM. XVI.  
 Conferua me Domine, quo-  
 niam, &c.

**I**ncolumem seruet tua me custodia, quando  
 Alme Parens animo spes ades vna meo.  
 Vnum te soleo sanctum mihi dicere numen:  
 Et mea contestor non opus esse tibi.

In

PSALM. XVI.

In sanctos ideo votis feror omnibus illos,  
 Quos non penituit forte vocasse tuos.  
 O genus ingratum, gens o obnoxia penis,  
 Fingere de cæsis rupibus ausa Deos.  
 Non ego pollutis horum me altaribus addam,  
 Accendunt vitulâ quando tepente rogos.  
 Non inuenta loquar, Diis nomina talibus vnquã,  
 Nec facient dictis, fiederibusq. fidem.  
 Ritè colam Dominum nostræ patrimonia sortis,  
 Qui socium pater.e me facit esse sua.  
 Rem mihi componet, populumq. tuebitur idem,  
 Cui vertenda dedit fertilis arua soli.  
 Osors, o regio cultis vberima fundis,  
 Prouentu agricolas quam beat vna suos.  
 Te dicam Genitor, video quo vera magistro,  
 Quo perago noctem, quo monitore diem.  
 Namq. soles dextrum semper mihi numer adesse,  
 Res ferat impulsas ne qua ruina meas.  
 Gaudia quàm recreant hoc exultantia pectus,  
 Linguaq. per laudes quàm cupit ire tuas.  
 Spero equidem stygiis animam nec sedibus addes,  
 In cineres verti nec mea membra fines.  
 Immo viam pandes, qua rursus in æthera surgam,  
 Inq. meos fundes gaudia mille sinus.  
 Et manibus sparges ingentia munera plenis;  
 Temporis aternas præteritura moras.

per: quoniam a dex-  
 tris est mihi, ne com-  
 mouar.  
 Propter hoc speratum  
 est cor meum, et exul-  
 tavit lingua mea: in-  
 super et caro mea re-  
 quiescit in spe.  
 Quoniam non derel-  
 iquitur animam meam  
 in inferno: nec dabis  
 sanctum tuum videre  
 corruptionem.  
 Adas mihi fecisti  
 vias vite: adimplebis  
 me spiritus non vultu  
 tuo: delectationem in  
 dextera tua uique in  
 finem.

PSALM. XVII.  
Exaudi Domine iustitiam  
meam.

**S**i iusta posco, lenis aurem Conditor  
Blandam querelis applica.  
Fusco maligna fraudis ora callido  
Non te precantur illita.  
Qui cernis oculis aqua perspicacibus,  
Quo iure sum pronuncia.  
Per noctis ymbra[m] saepe tentasti meis  
Quid esset in precordiis.  
Examina[n]sti facibus, inuentum nihil  
In ore menti dissonum.  
Vidi malorum ficta, legum scilicet  
Memor tuarum, lubricas  
At quas terebant orbitas, exhorruui,  
Ne parsequendo euaderem.  
Hac mente gressus per tuas vias rege,  
Lapsu pedum ne corruam.  
Audi inuocantem, mitis aure supplicis  
Questus amica[m] suscipe.  
Bonos tuendo redde te mirabilem  
Spes vna te colentium.  
At prepotenti dextera[m] obsistentibus  
Ostende formidabilem.

Pupilla

Pupilla quali luminum custodia  
Seruatur intuentium,  
Hac me tuere. Sub tuis fugiam graues  
Alis timores hostium.  
Vallant obese me phalange corporum  
Formidolosâ pinguium.  
Tonant superba fastuosi, callibus  
Rotant euntem, retia  
Locis adaptant, & leonis impetunt  
De more, vel leuunculi,  
Quem prima ab antro mittit in predam fames:  
Exurge, vim tyrannidis  
Prior anteuerte, sterne vindex impium:  
Et hunc ab illo spiritum  
Defende, gladium de manu extorque tuum,  
Quem nunc inulta fulminat.  
Dextris eorum vindica mortalium  
Caduca quos spes allicit.  
Qui se beatos rentur, vncto fercula  
Si lauta ventri sufficis.  
Penumq[ue] terra pandis, vnde prodiga  
Felicitate exuberent.  
Diu parentes & talenta liberis  
Fruenda dent heredibus.  
Intaminatâ diues innocentia  
At ipse te clarissimo  
Vultu micantem si, Parens, aspexero,  
Implebor omni gaudio.

B 5

Hec



*Hac est beata caelorum felicitas,  
Tuum videre gloriam.*

## PSALM. XVIII.

*Diligam te Domine, fortitudo mea.*

**A**Rdebo te, sancte Parens, mihi turris ahenā,  
Arx, spes, ara, salus, belli in cōgressibus umbo:  
Iaculatq; salo statio bene fida carinae.

Te quoties laudo, & supplex tua numina posco,  
Hostis abire fugā magnis ululatus ardet.  
Ipsē autem positā sospes formidine riuo  
Cūm laqueis pauidum mors irretiret ahenis,  
Vndantes Erebi ruerent ē fontibus amnes,  
Me lethi manicae vinctum, pedicq; tenerent:  
Clamavi ad Dominum; stellanti à vertice templi  
Audyt, ac blandam clamoribus appulit aurem.

Ingenuit tellus, dirūm fundamina motis  
Contremuere iugis, sensere vt numinis iram.  
Famiferam calidis efflabat naribus vndam  
Ore vomens ignem quo sylua ambusta relucet,  
Et noua concipiunt restincta incendia pruna.

Cūm q; supercilio Pater inclinasset Olympum,  
Descendit, nebulaq; pedes vmbrauit amictu.  
Protinus inuehitur curru celer alite, candens  
Quem flammis auriga regit, pennisq; volantes

Ocyor

Ocyor auratis ventorum preterit alas.  
Ille cauo picea latitans in fornice nubis,  
Se circum tenebras, & aquatica mibila sudit.  
Attamen ardenti vultus fulgore cooclas  
Soluebat nubes, grando lapidosa ruebat.  
Vnde, poloq; faces toto micere sonantes.

At pater omnipotens vt vocibus ora resoluit,  
Intonuī caelum, ruit ater grandinis imber,  
Et diri arserunt radijs fatalibus ignes.  
Instat agens hyemes telorum, & fulmina densat  
Crebra manu, totoq; regas ferit aethere flammās.

Tunc patuere suis defecula liquoribus antra,  
Vnde fluunt amnes, tunc fundamenta reclusit  
Orbis terra, sinus, arcanaq; viscera pandens.  
Talis erat Domini vox, talis anhelitus oris.

Ille manum tendens ē caeli vertice, ferrū  
Me stygijs inhibebat aquis, ex hostibus vltor  
Afferuit, flammās odq; restinxit anhelas:  
Arma quibus potui victus succumbere, fegit.

Nam me tempestas ageret cūm turbida rerum,  
Aggressi magnis validi conatibus hostes  
Incubuerē, Parens at qui regit omnia, vidit,  
Auxilioq; suum praesens fundauit amicum:  
Et latum per iter duxit. Mihi namq; volebat  
Iustitia ob merita, & manuum bene facta meriti  
A Equis honorata concedere premia vita.

Iussis quippe vīs vltro vestigia feci,  
Cultor sacra Deūm nunquam temerata secutus,  
Ante



## 28 PSALM. LIB. I.

Ante oculos Domini sanctissima iura ferebam,  
Nec placitas duro repuli conamine leges.  
Teste Deo fraudis scelerisq; ignarus, & omnis  
Flagitij, tenui cursu meliora secundo.  
Iussa videns ergo diuina facessere promptum,  
Et sine labe manus donis cumulauit amicum.  
Cui non asimilem te moribus optime fingis?  
Sanctus ades sanctis, idemq; insontibus insons,  
Simplicibus simplex, at fallere callidus armis  
Te non disparibus Regem ex perietur iniquum.  
Tu populum seruas inopem, tu lumina cogis  
Ardua, ventefos ponant vt cernua fastus.  
Tu generis decoras ortum, mea nubila pellis,  
Das superare acies, transireq; mania saltu.

O tua quam sanctas aperit Deus orbita leges!  
Quam seruant promissam fidem! Non purius viquam  
Desueta septem coelsum fornacibus aurum,  
Quis tibi fidentes clypeo vt septempluce munis.  
Qui Deus d' gentes alter molitur habenas  
Orbis, & innentis hunc addit rebus honorem?  
Numen habet solus qui me nunc viribus armat,  
Nunc aperit sine fraude vias, pedibusq; volantes  
Fecit vt aquarem cernos, ac tuta subirem.  
Ille docet bellare manus, quibus arcus abiecius  
Frangitur, & clypeum telis venientibus offert.  
Nutantem fulcit: cum me in discrimina mittit,  
Aut scelerum poenas, extremo urgente periculo,  
Sospitat, & fama maioribus euehit alis,

Expe-

## PSALM. XVIII. 29

Expediens latum vestigia tuta per equora.  
Ergo ferum rigidis hostem sequor acer in armis,  
Palantem capiam, nec signa in castra reducam  
Ante, mea sauo quam turbine corruat hastae,  
Aut veniam affusi pedibus, vitamq; precentur,  
Inualidi pugnas iterum tentare minaces.  
Hunc mihi das genitor pugnada in bella rigore,  
Sub pedibusq; locus quicumq; in prelia surgunt,  
Aut inhonesta facis vertant in vulnera tergam.  
Auxilio veniant vt numina voce ciebant,  
Nemo tamen factis aderit, tibi vota neganti  
Responsum, facient successibus irrita latis.  
Pulueris instar eos, quem torquent flamina,  
verram:  
Et pedibus subigam, ceu strata per humida cenam.  
Seditiosa leuis pacas certamina vulgi.  
Multis aqua tuo populi do numine iura,  
Et famam imperij veniunt se subdere gentes  
Ignora, seu vera serant, siue arma timentes  
Nostra, parum fides narrent mendacia linguis.  
Vt libet accedant: etenim mea iussa capebant,  
Inclisq; suis agitabunt manibus auum,  
Vnde sicut instar frondis quam decutit Aufer.  
Laus tibi sit rerum genitor, sit gloria, vita  
Ara, salusq; mea, per quem vindicta rebelles  
Iusta domat, populisq; iugum traclabile reddit.  
Te duce praeterito redij iam sesses ab hoste,  
Victor agam reliquos, mihi si nona bella resurgat,  
Indi.



PSALM. LIB. I.

Indignata feri si sciet ira tyranni.

Ergo tuas dicam quacunq; per oppida laudes,  
Immortale feram numeris ad secula nomen.  
Seruasti incolumem per tot discrimina Regem,  
Seruatum cumulas opibus, prolemq; fouebis,  
Dum Sol astra suo radianerit ignea curru.

PSALM. XIX.  
Cæli enarrant gloriam Dei.

**H**Æc cæli species motu reuoluta perenni,  
Hic tenor æternus, rerum hic pulcherrimus  
ordo,

Esse Deum memorant. Illo inuentore coruscis  
Astra rubens ather accendit eburnea flammis.  
Succedunt umbris soles, & solibus umbra.  
Noxq; diem, noctemq; dies monet, vt sua magni  
Naminis æternum remant ad munera iussu.

Non voces, non verba sonant, tamen vltima reru  
Meta videt spatijs concordibus omnia ferri.  
His populi signis, atq; hæc exempla secuti  
Vestigat Deum, qui fenat pronidus orbem.

Ille coruscanti posuit tentoria Soli.  
Vnde velat Tyrio sponsus rubicundus amictio  
Deserit aurora thalamum, similisq; gigante  
Capit iter. Postquam summū terit æthera curru,  
Extremi renolat per sidera frigida mundi,  
Et sonet interea vitalibus omnia flammis.

At de-

PSALM. XX.

34

At decor astrorum, solisq; aspectus entis,  
Non ita dicitur clar mortalia lumina visis,  
Vt lex alma Dei mentes ad honesta reducit.  
Ille fidem rebus, iurataq; fœdera sancit,  
Ille rudes animos monitis sapientibus aptat,  
Et placidis hilarat mortalia peEora iussis,  
Quæ demunt oculis omnem caliginis vmbra.  
Æternæ colitur sed religionis honore:  
Leges quippe tulit, quas veri conscia virtus,  
Fasq; iubent. Ergo meliore cupidine mentes  
Alliciunt, quam gemma nitens, aurique, metallum.  
Mella nec afficiunt adeo prædulcia linguam:  
His tibi qui purus Domino famulatur, inharet:  
Nam facit ingentem meritis custodia legum.  
Quis scelus omne cauet? quis non fallacibus errat  
Consilijs? quis semper iter rimatur Olympi?  
O pater ignotas animi bonus elue fraudes,  
Nec sine ventoso me deseruire tumori.  
Si fugio hunc, sceleris fugiam contagia magni  
Purus, & horrenda præteruehar ostia pæne,  
Quæ verbis, quæ mente rogo, Deus effice, quando  
Nobis solus ades, vitamq; a morte reducis.

PSALM. XX.  
Exaudiat te Dominus.

**A**udiat omnipotens tua vota, & protegat, astra  
Cum nube scuit temporum necessitas.

Lucas



32 PSALM. LIB. I.

Iacobum ex humili magnum quo. nomine fecit.  
Hec hoste reddat te subacto nobilem.  
Mittat opem sacris alma è penetrabilibus adis,  
Et è Sionis arcibus corroboret.  
Sit memor ut sanctas epulis adolueris aras,  
Pinguemq; flammis hostiam cremaueris,  
Det tibi largus opum quacunq; rogaueris illum,  
Consilia latis prosperet successibus.  
Te reducem cantu dicemus, & inelyta signa  
Domini frementes nomen, allenalimus.  
Ipse tuis equidem votis Pater annuet, ipse  
Precibus secundos ordinabit exitus.  
Quin etiam (video iam ferri oracula) Christum  
Saluum per omnes euehet casus Deus.  
Afferet auxilium diuine è sedibus aule,  
Pollentis alma dextera. potentia,  
Hi metnenda fremant falcatis curribus arma:  
Illiq; turmi sauiant equestribus.  
Nos Domini sanctum nomen repetemus auiti,  
Illoq; tui prelia inchoabimus.  
Curribus implicitis, & quadrupedantibus hostes,  
Cadent inescam belluis voracibus.  
At nos inualidi parto surgemus honore,  
Fauore nempè subleuante Numinis.  
Incolumem nobis da, qui potes omnia, Regem:  
Et numen ad sit quã die imocabimus.

PSALM.

PSALM. XXI. 33

PSALM. XXI,  
Domine in virtute tua læta-  
bitur Rex.

Virtute fultus Rex tua, victorijs  
Potitur alme Conditor.  
Te sospitante viuist, & vitam tuã  
Fatetur esse muneris.  
Voti dedisti compotem, nunquam preces  
Tulisse passus irritas.  
Quin vota donis anteuertis, circulo  
Illum coronas aureo,  
Pretiosa clarat more translucentium  
Quem fixa gemma siderum.  
Vitam roganti secla viuat annuis  
Metanda nullis seculis:  
Immensa per te gliscit eius gloria,  
Res, fama, laus, felicitas.  
Cælestis vnum ponis admirabile  
Exemplar indulgentia:  
Tui ex saratã semper eris gratiã  
Suum trahentem gaudium.  
In te locauit spes, fauore Numinis  
Non cedit inconstantie.  
Tua sceleratos perduelles doctera,  
Et te perosos vinciet.

C

Flam-



## 34 PSALM. LIB. I.

Flamma vt caminis lambit astuantibus

Arbusta Sole torrida:

Sic, cum furori lora uiso solueris,

Ad stabis omnes impios,

Iraq; velles intonante noxiis

Cum stirpibus propaginem.

Quid impiorum caeca pernicacna

Est ausa? comminiscitur

Tibi labores mente sena, inutilis

Ad cogitata viribus.

Hos terga coges impotenter horrida

Cadenda telis vertere.

Et ora rursus occupans, lethalia

In ipsa mittes spicula.

Qui mundi habenas rector aeternis regis,

Assurge nunc potentior.

Nos te canemus esse clementem bonis,

Et in scelestos asperum.

## PSALM. XXII.

Deus Deus meus respice  
in me.

O Deus, o sanctum mihi numen, respice, quare  
Te premor innumeris destitute malis?  
sidera

## PSALM. XXII.

35

Sidera continuis rugitibus alta fatigo,

Et fugit a lacrymis vita, salusq; meis.

Sive polum radet Solis vaga flamma, vocanti

Non mihi respondes, dum regit illa diem.

Sive polum tenebris nocturna silentia condant,

Non sine lamentis nox abit vlla meis.

Tu colis astrorum radiantes ignibus arces,

Et celebre Isacidum carmine numen habes.

Spes atauum letis firmasti euentibus olim,

Roboris erectas saepe vigore tui.

Clamantum gemitus audisti ex aethere, nunquam

Quod te quaesierint erubere Deum.

Dicer ego vermis, non vir: sum fabula vulgo,

Nominis exemplum vilis in vrbe feror.

Porrigit extensis qui me videt ora labellis,

Vtraq; ludenti tempora fronte mouet.

En trepidas, aiunt, qui spes in numine fixit:

Seruet eum, voluit si Deus esse suum.

Matri at e gremio venientem in luminis auris,

Alme tuus patrio fouit amore sinus.

Spes mea iam fueras, quando puer vbera suxi,

Nec sine te vidi teste parente diem.

Ergo meum numen casta Genitricis ab aluo,

Ne velut exposita stirpe relinque tuum.

En Pater, hanc animam propiora pericula terrent,

Nemine tam sauas impediende minas.

Hinc vituli cingunt, vertunt hinc cornua Tauri,

Dorsa quibus valida pingua mole tument.



36 PSALM. LIB.I.

Me super ore fremunt, leo se de montibus acer  
In timidam veluti precipitasset ouem.  
Et cruor effuso sudantem flumine lauit,  
Iunctaq; dissoluit frigidus ossa timor,  
Cor liquidum circa praecordia tabida fluxit,  
Cera velut tepidos soluitur ante rogos.  
Pristinus in morem luteae vigor aruit vrnae,  
Faucibus obstupuit lingua retenta meis.  
Spirat adhuc res sua vitalis anhelitus aures  
Et videor geli dâ iam tumulatus humo.  
Hinc me turba canum rabidis assultibus vrget,  
Pastaq; flagitij inde cõrona tenet.  
Ergo manus clavis fodere trabalibus ambas,  
Traidcere pedes, ceu ferus vngue leo.  
Omnia dinumerant oculis ridentibus ossa,  
Ossa per extensam visa tumere cutem.  
Sautia exemplo tam rara lumina pascunt,  
Et inuiat a nostris gaudia ferre malis.  
Diuisere sibi, spoliis ceu nobile, vestes:  
In tunicam lati sorte venire meam.  
O Genitor diris absens ne desice rebus,  
Posco, vides quali tempore, fessus opem.  
O Deus hanc animam crudelibus eripe relis,  
Prada sit, dõ inhibe, ne canis vna feri.  
Impatiente rapi ne siueris ore leonis,  
Neue sub immani Rhinocerote mori.  
Ipse tuum nomen memorabo fratribus olim,  
Te populi gregibus, conciliisue canam.

Hunc

PSALM. XXII.

37

Hunc laudate p̃j Dominum quicumq; timetis,  
Hunc domus Isacidum quem canis, vna time.  
Aspera supplicibus non prebuit ora querelis,  
Non inopis durâ respuit aure preces.  
Audiit orantem lethæo ex aggere vocem,  
Restituitq; oculis lumina dempta meis.  
Ergo tibi laudes populorum in cœtibus addam,  
Vota piâ coram debita gente feram.  
Accumbent epulis inopes, saturiq; loquentur  
Quae fas est animo numen amante loqui.  
Felices dõ este boni, pia viuite corda,  
Dum fugat astra dies, dam fugat vmbra diem.  
His olim exemplis, quænis habitata colonis  
Accipiet Domini mollior ora iugam.  
Tam varq; linguis, habitu quam vestis & ore,  
Mente Deum, precibus, muneribusq; colent.  
Illius est totum componere legibus orbem,  
Ille domet gentes, imperioq; regat.  
Excipiam mensis populos epularibus omnes,  
Quos alit innumeros vberè terra sinu.  
Prodiga mirantes igitur conuiuia cœna,  
Sponte dabunt iussis mitia colla Dei.  
Ante patrem solus cadit infelice ruina,  
Sidera quem terris postposuisse inuau.  
At mea posteritas supera famulabitur aula,  
Solaq; dicetur grex, populusq; Dei.  
Tunc aliis dicet ventura nepotibus etas,  
Qua promissa Dei sint stabilita fide.

C 3

PSALM.



## PSALM. XXIII.

Dominus regit me, & nihil  
mihi deerit.

**M**E regit aeternis qui mundum frenat habentis:  
Nullam timebo pauper indigentiam.  
Mollia ridenti vernant ubi gramine prata,  
Mibi sedat ille pastor arentem famem.  
Vnda calore graues ubi frigida temperat auras,  
Dulci & stuosam mitigat lymphâ sitim.  
Cum vagus errarem de tramite deuius aequi,  
Dux in sequenda me locauit orbitâ.  
Si frigentis eam stygiis conuallibus Orci,  
Hoc regna comite non timebo pallida.  
Alme pedo tantum discrimina ceca fugabis,  
Animiq; solues irritas formidines.  
Tu mihi das epulis cumulatae accumbere mensae,  
Turbae cateruis amule videntibus.  
Tu fragrantem mihi celsum caput unguis oliuio,  
Hilari coronas vda vino pocula.  
Quin etiam vite dum spiritus hos reget artus,  
Comes fouebit me tua indulgentia.  
Inq; tuæ sanctis vinam penetralibus aulae,  
Tempora dierum longa disfluentium.



PSALM.

## PSALM. XXIV.

Domini est terra, & plenitudo  
eius.

**E**st Domini tellus, & qua pleno vberè nutrit:  
Orbisq; & omnes orbis huius incolae.  
Immotam refugio stabiliuit in aequore molem,  
Vndisq; lauit amnium perennibus.  
Quàm tamen exuperant humana haec atria sedes  
Illæ beatæ destinatae heroibus?  
Ergo quis in montem veniet rutilantis Olympi,  
Gradumq; caeli figet in cacumine?  
Qui gerit immunem sceleris mentemq; manumq;  
Hinc corde purus, inde factis innocens.  
Ludibrijs animum vane neq; detinet umbrae,  
Aliis nec obstat callidus periuriis.  
Hæc est progenies reuolans in sidera, quaerit  
Hæc ora, proles nata Iacobo, Dei.  
Alius aeternæ deducite limina portæ,  
Latera remotis expedite ianuis.  
Rex venit insignis rerum quem gloria clarat,  
Per vos in almam vadit ille Regiam.  
Iste quis est adeo Regem quem gloria clarat?  
Fortis, potensq; bella qui nutu regit.  
Alius aeternæ diducite limina portæ,  
Latera remotis expedite ianuis.

C 4

Iste



PSALM. LIB. I.

Iste quis est adeo Regem quem gloria clarat,  
Et sempiterna poscit alta Regia?  
Qui regit arma suo pugnataq; praelia nutu,  
Hic est perenni Rex decorus gloria.

PSALM. XXV.

Ad te Domine leuavi animam  
meam.

**A**D tua sollicitas anima penetrata curas  
Mitto parens, o sola mea fiducia mentis.  
Effice ne tunc at furo pudor ora rubenti,  
Neue canant hostes me spes aluisse caducas.  
Eruisse piis de te pendentibus, absit:  
Quippe rubor melius fontes inglorius vret,  
Triste bonis acciunt qui nulla ob crimina bellum.  
Alme tuas ostende vias, aperiq; magister  
Flammea caelestes quibus itur ad atria calles.  
Dirige me veri facibus, ne crudulus errem,  
O Deus, o omnes spes exorata per horas.  
Esto memor, prima qui sis ab origine mundi:  
Scilicet humano facilis mansuescere fletu.  
Quare age, ne misera recolas delicta inuenta,  
Neue per incautos admissa piacula mores.  
Et tua me bonitas non auersata rogantem  
Excipiat, quamuis nunquam meruisse fatebor.

Qua

PSALM. XXV.

41

Qua pietate Deum qua dicam iuris habena  
Mollire imperium? lapsos per inhospita gaudet  
Mollibus in planum deducere legibus equos.  
Stat duce te nunquam superata modestia, vadit  
Ostensum per iter virtus inimica tumoris.  
Qua pergis Rex alme via, clementia tecum  
Ambulat, & paribus verum se gressibus infert.  
His etiam ducibus casti vestigia firmant,  
Irrenocanda tua legis qui fœdera seruant.  
Iura poli vellem nunquam temerasse iubentis,  
At non sepe tenent quando retinacula mentem:  
(Fama tui latam sic nominis occupet orbem)  
Ignosce, & quamuis sint multa admissa remitte.  
Qui colis eternum vir religione parentem,  
Et faciles audis cœli insectentis habenas:  
Sis felix, quocumq; viam legis aquore, rector  
Diriget omnipotens: animo tranquilla sereno  
Aspicias, tua posteritas dotata manebit.  
Sacra suo Dominus cultori arcana reuelat,  
Vnde pijs sapiunt, & fundamenta bonorum  
Immotos solidant nunquam ruitura labores:  
Ergo oculis Dominum seruo vigilantibus, ille  
Quippe mea o postis demet vestigia nodis.  
Respice me genitor, miserere: en vnicus erro  
Pau per, acerba serens. Animum quâ cura fatigat?  
Quam scelerum facies, & præpetis horrea pœna?  
Clade vides humilem: subeant obliuia culpa.  
Aduersas acies inimica o agmina cerne,

C 5

Tam



## 42 PSALM. LIB. I.

Tam numero verium, odiis quã inferna malignis.  
Hanc animam serua, mihi ne pudor ora coloret,  
Alme tuo trepidus quod spes in numine fixi.  
Simplicitas, verumq; mea duo mentis amores  
Speranti auxilio Dominum cecinere futurum.  
Quare age defessos Iacobi ò alme nepotes  
Erige, & in melius quacunq; pericula verte.

## PSALM. XXVI.

Iudica me Domine, quoniam  
ego, &c.

**Q**ui regis humanas a quo moderamine causas,  
Rex alme nostram iudica.  
Arcanis animi faculam penetrabilibus infer:  
Adure cordis intima.  
Donorum inuenies semper meminisse tuorum,  
Hunc veritatis emulum.  
Ipse in consilio non sedi vana secuto,  
Nec me scelestis addidi.  
Inuisos habui quos prauis detinet ardor.  
Iniqua perpetrantium  
Tecla nec ingredior, nec sum mea passus adiri  
A fraudis inuentoribus.  
At lauo fonte manus, vt circum altaria purus  
Litante verser hostia,

Vt

## PSALM. XXVII. 43

Vt choream ducens tua facta insignia narrem,  
Cantuq; laudes personem.  
Scis tua quam viuus vrant me limina flammis  
Tuo dicata numini.  
O adyta, ò templum Domini, quo gloria factis  
Seruatur immortalibus.  
Ne sequar ò Genitor mores quibus Optime gentes  
Abominaris impias.  
Nec me paena rerum maneat quæ cedis amicos  
Non fera terris auferet.  
Quorum fraude manus vulgò temeraria sordet,  
Et dextra prensat munera.  
Vtq; per innocuos faciam vestigia calles  
Me tu misertus dirige.  
Nã pede quod stabili gradior, tibi sospes in ampla  
Vulgi corona deseram.

## PSALM. XXVII.

Dominus illuminatio mea.

**L**ux alma, certa Dominus est salus mihi,  
Timebo quem mortalium?  
Anima tuetur halitum spirabilis;  
Ecquis timores afferet?  
Meum coibant expectentes sanguinem  
Siccis calentem faucibus.

Hostes



44 PSALM. LIB. I.

H<sup>o</sup>stes sed ipsis compediti retibus  
H<sup>a</sup>sere, quæ locauerant.  
I<sup>n</sup>imicus ante castra ponat horrida,  
Non ore cernam pallido.  
Belliq; tollat signa miles, obuiam  
Spe fretus ibo Numinis.  
V<sup>ra</sup> est meorum summa votorum, Deum  
Pro qua rogabo sepius,  
Eius habitanda detur ut domus mihi,  
Dum vita corpus sustinet,  
Domini tuebor inde pulchritudinem,  
Almiq; templi fabricam  
Tum me procellis temporum furentibus  
Abscondet in tentorio,  
Adytisq; tectum ponet in reconditis,  
Nulli timori peruium.  
Et eminenti collocabit arduum  
In arce rupis iniue:  
Qui nunc acerbis hostium conatibus  
Me fortiorem reddidit.  
Illius ad aras ergo votorum reus,  
Cum ritè cedam viclimas;  
Tum laude tollam numen omni patrium,  
Illiq; dicam carmina.  
Vocem misericors ò precantis accipe,  
Votis benignus annue.  
Sic satur animus, Alme de te pendeo,  
Vultu supino amabilem

Vultum

PSALM. XXVII.

45

Vultum requiro: verte ne faciem, tuum  
Ne me relinque supplicem.  
Rebus fuisti semper auxilium meis:  
Ne vita me nunc despic.  
Nam si parentes deserunt suum, Deus  
Misertus orbum colliget.  
Mibi tuarum pande legum semitas,  
Recliq; calle dirige.  
Securus omnes hostium nocentium  
Sic negligam formidines.  
Ne dede votis me scelestorum precor:  
Testes iniqui conuolant.  
Mentita falsum crimen est Iniquitas  
Aduersus Innocentiam.  
Post tot labores duro si viuus, tibi  
Regnator alme debeo.  
Me namq; latum credo visurum bona  
In patria viuentium.  
Deo virili fide mentis impetu,  
Honestæ facta perpetra.  
Te roborari senties, ne defice,  
Sed corde fortis sustine.



PSALM.

PSALM. XXVIII.  
Ad te Domine clamabo.

**A**D te recurro praesidium meum  
Rex alme, surdis ne precor auribus  
Haec pauca voluam, nam silentes  
In tumulis imitabor umbras.  
Orationem supplicis accipe,  
Dum voce placo te lacrymabili,  
Dum pronus ambas ad dicata  
Templa Deo tibi rollo palmas.  
Ne me profanis catibus implica,  
Ne cum cateruis perde nocentium:  
Verbis amorem qui loquuntur,  
Sed recoquunt fera corde bella.  
His iusta faelis premia diuide,  
Quantum meretur tollat iniquitas  
Respondeat merces labori,  
Vilitas operas adaequet.  
Hos grande rerum non opus excitat  
In conditorem lumina tollero:  
Non cuncta cernunt providentis  
Arbitrio Domini moveri.  
Ergo coruscis aetheris amulas  
Substructiones ignibus erigant:  
Nec stare prolem, nec superbas  
Omnipotens patietur arces.

Dic

Dic audientem vox mea principem,  
Qui me iuvanti numine protegit:  
Hunc cor manebat triste, casus  
Hunc habuit clypeum per omnes.  
Hinc mersa leiho vita resloruit,  
Iucunda pectus gaudia concipit;  
Agitq; grates, quod salutem  
Attulerit tua dextra regi.

## 'Afferte Domino filij Dei.'

**Q**uisquis es armipotens, & origine clarus  
Mente lita Domino: teneros altaribus agnos  
Affer, & in laudes ora exultantia solve.  
Dic age maiestas, & gloria numinis almi,  
Cuius nulla satis colit observantia nomen,  
Tranat inaccessi quicquid sinus ambit Olympi.  
Flecte genu, calumq; videns miratus adora,  
Incolit aeternum qui tanti haec atria templi.  
Vox Domini fundit grauidis e nubibus imbrem,  
Maiestate potens cum deronat, aera rumpit;  
Mifcet aquas ventis, & tollit ab equore ventos.  
It comes & virtus & magnificentia voci,  
Sine iubet celsas conuelli a montibus ornos:  
Seu Libanum cedris nudari, aut ludere montes

71



## 48 PSALM. LIB. I.

*Vt vituli saluunt, vt Rhinoceros in auro  
Quo verni aspirat lasciuia mollior anni.*

*Vox Domini trisidas rupto secat aethere flamas:  
Concutit aereutes Arabis siccantis arenas:  
Ante diem celerat cornarum partibus aluum,  
Et spoliat nemorum foliis vmbacula demptis.*

*Ergo terra Deum pelago redimita sonante,  
AEquor aquis tremulum, campi spirabilis aura,  
Ignis, & astra canant. Orbem vaga proluit vnda  
Eius ab imperio. Sedet, eternumq; sedebit  
Ille tamen, faciles hominum rectorus habenas.*

*Da Genitor populo, veniunt si praelia, vires:  
Si pacem dederis, da latum me sibus annum.*

## PSALM. XXX.

Exaltabo te Domine, quoniam,  
&c.

**T**E Genitor, quantum possunt mea carmina,  
tollam

*Gelido seruat: us ab Orco.*

*Nam neq; lata meos hostes victoria laudat.*

*Per te neq; gaudia narrant.*

*Quippe tuum supplex votis cum numen adirem,*

*Rediit vis pristina membris.*

*Tu bonus hanc animam stantē super aggere busti*

*Vetisti intrare sepulchrum.*

*Vos*

## PSALM. XXX.

49

*Vos Dominum cantate p̄, memorate futuris  
Facilem miseresce seclis.*

*Momentum indulget properate, vt puniat, iras:  
Bonitati, vt fossitet, animum.*

*Tristia serus aquis roxabit lumina vesper,  
Surget cum Sole voluptas.*

*Cum regerem populos tranquilla in pace quietos  
Gaza rex dines opima:*

*Nulla meam, dixi, turbabunt secula pacem,  
Neq; me sede mouebunt.*

*Tu patrie munimen eras, tu gloria regni:  
Ego mente ferebar inani.*

*At ve credulitas aleret temeraria fastum,  
Vertisti lumina retro.*

*Extemplo insolito vertit mea regna tumultu  
Facies contraria rerum.*

*Agnoui errorem, & supplex clamoribus egi,  
Propior, velut ante, redires.*

*Est Pater vtilitas tua, dixi, si mens videt  
Extrema ad funera sanguis?*

*Te cinis exanimus canet, aut sopita fidelem  
Testabitur vmbra sepulti?*

*Auduit orantem miseratus, & atrulit egro  
Solatia dulcia vite.*

*Vertens ergo meas lacrymas in gaudia, mastum  
Trabea mutauit amictum.*

*Alme parens ideo mea vox, mea nabilia nūquam  
Te depositura silebunt.*

**D** PSALM.



## PSALM. XXXI.

In te Domine speraui: non confundar, &c.

**R**ex tibi ne fuerit spes commississe pudori,  
Eripe me valida iustus ab hoste manu.  
Attentam querulis inclina vocibus aurem,  
Ocyor, auertas ut mea damna, veni.  
Protege me, rupes hosti velut obuia nulli,  
Ut Domus hostili non penetranda metu.  
Nam mihi non alie stant alio manibus arces,  
Soluta ades rebus turris abena meis.  
Fama tui vastum decurret nominis orbem,  
Me rege dux, unum me pater vnus ale.  
Solue plagas, homines quas abscondere maligni,  
Nititur auxilio nam mea vita tuo.  
Hanc manibus commendo tuis, pater accipe vitam  
Alme, soles pacem qui stabilire fidem,  
Intentos vmbra animos fallacibus odi,  
Spes mea nam Dominum respicit vna suum.  
Huius ego felix bonitate ingentia quondam  
Spero redundantis gaudia ferre sinu.  
Vidit ut immanes torquerent pectora cura,  
Et bonus aiberea damna refecit ope.  
Cumq; fera nollet me succubuisse tyranno,  
Detulit arua meos in spatiosa pedes.

O mise-

## PSALM. XXXI.

**O** miserere, vides quam multa pericula turbent:  
Deficiunt oculi, corq; animusq; dolet.  
Vita petit nigras tenuata laboribus vmbra,  
In lachrymis anni prateriere mei.  
Vis abiit, clare discessit gratia forma,  
Ossa reuulsa locum deseruere suum.  
Amulus irrisum quod plurimus vndiq; cingat,  
Fugit ab aspectu turba propinqua meo.  
Et qui sorte domus extra penetralia vidit,  
Alta, vel ut libuit, cernuus ora tulit.  
Sicut humi positos humana obliuia condunt,  
Ex hominum pulsus sic ego corde fui.  
Amphora detrito spretus cen sumea dorso  
A populo coram liberiore seror.  
Consilium dictis incunt concordibus omnes,  
Scilicet inuisum me decuisse mori.  
Spe tamen interea non deficiente manebam,  
Cum pater, arbitrio fiet mea vita tuo.  
Eripe me iaculis hostilibus, eripe turba,  
Pone ciet trepidos que violenta metus,  
Funde iubar, sancti radia me lumine vultus,  
Et famulum bonitas sospitet illa suum.  
O genitor fuerit ne te implorasse rubori,  
Impia sed maculet decolor ora pudor.  
In stygio discant innita silentia regno,  
Conscia nunc omni fraude mouere dolos.  
Innocentis scelerum maculas infigere docta,  
Horribili tumidas voce sonare minas.

D 2

O quare



## 52 PSALM. LIB. I.

O quã magna bonis, nunc condita, premia seruat.  
Qui tua iussa colunt, qui tua iura timent!  
Quanta parat animis, quibus es fiducia, gentes  
Aspicient oculis orbe fatente suis.  
Interèa abscondes radiosi lampade vultus,  
Nequa grauem tendat vis inimica manum.  
Aut templi sacris almi penetrabilibus abdes,  
Nequa suã vulnus cuspide lingua ferat.  
Ergo Deo meritis accingar dicere laudes,  
Me velut in tuta qui bonus vrbe locat.  
Dixerat hic animus cum iam diffideret expes.  
Non est, affuerat quo Deus ore mihi.  
Attamen audisti miseratus ab ethere vocem,  
Sollicita peterem cum prece fessus opem.  
Sancti ardete Deum, nam vera & iusta requirẽs,  
Eruit vltatrici facta superba manu.  
Durate, & validas in prelia sumite vires,  
Vincere fieta Deo spes animosa solet.

## PSALM. XXXII.

Beati quorum remissæ sunt ini-  
quitates.

**F**elix remisit cui bonus arbiter  
Offensionis debita noxia:  
Et tecta velo obliuionis  
Perpetua male facta nubet.

Delicta

## PSALM. XXXII.

53

Delicta felix cui pater optimus  
Non imputauit, nec penetrabilibus  
In cordis vllam deprehendit  
Indecorem latuisse fraudem.  
Morbum silebat dum taciturnitas,  
Ex aestuabant ossa doloribus:  
Omnes agebam solis horas  
In miseris ideo querelis.  
Seu lux micabat, siue reconditum  
Velabat orbem noctis opacitas:  
Tu me premebas aestuantem  
Triticea velut arua messis.  
Tum sana demum mens sua vulnera  
Tibi reclusit: claudere destitit  
Iniusta cacum facta pectus,  
Et scelerum patescit vlcus.  
Hic me leuasti factus amior,  
Aeterna soluens vincula criminum:  
Et quo ligatum me tenebat  
Impietas scelerosa funem.  
Optat carentem sordibus integer  
Quicumq; vitam, te roget, vnicam  
Te poscat aram, dum facultas  
Non prohibet tetigisse limen.  
Quod si liauit, dissociabili  
Fac pontus orbem proleat a quore,  
Securus vndarum quieta  
Ne variet facie colores.


D 3

O ara



## 54 PSALM. LIB. I.

O ara semper rex mihi calitum  
Praesens amico: latior euehor  
Per te, rigentes ceu catenas  
Qui rabidi fugiunt tyranni.  
Addamq; menti lumen amabile  
Inquis, docebo qua tibi semita  
Est ambulandum, teq; euntem  
Intuitu propiore cernam.  
Tantum monebo, quadrupedantium  
Ne te ferinus moribus imbue;  
Audire voces qui magistris  
Depositis renunt habenis.  
Freno, & capistris ergo prementibus  
Ingrata parent ora, nec optimi  
Sessoris agnoscunt amorem,  
Nec Domini benefacta curant.  
Flagella tergum multa nocentium  
Manere certum est, Inuariabilem  
Qui spem locarunt in Tonante,  
Aetherea favor ambit aula.  
Gaudete iusti quod fauor aetheris  
Vos tollit almi: peccora criminum  
Ignara, vestram gratiore  
Letitiam memorate cantu



PSALM.

## PSALM. XXXIII. 55

PSALM. XXXIII.  
Exultate iusti in Domino.

Gens casta, sanctis dedita legibus.  
Attolle numen cantibus inelytum.  
Fas est amicis equitatis  
Calicolam memorare Regem.  
Hunc tinnienti dicite barbito,  
Hunc nabliorum tollite vocibus:  
Decem loquantur verberatis  
Hunc cithara fidibus canora.  
Audita nondum carmina pangite,  
Non vstatis psallite cantibus:  
Miscete voces quas recurua  
Dat lituus sinuosus aluo.  
Quaecunq; dixit, non variabili  
Ludo redibunt temporis irrita:  
Quaecunq; fecit, stant ab aequo  
Iustitiae stabilita iure.  
Attemperatum munificentia  
Ius ille toto pectore diligit:  
Fecunda ridet terra curus.  
Omni genum bonitate rerum.  
Verbo ille campos fecit, Olympicos,  
Orisq; iussu sidera condidit;  
Tam grata celo, quam futura  
Luminibus speciosa nostris.

D 4

Effusa



## 56 PSALM. LIB. I.

Effusa cinxit rupibus aquora,  
Certisq; lymphas sedibus occulit,  
Quas inde promit, cum liquentes  
Inferior sicut ora nimbos.  
Formidet illum machina pendule  
Suspensa molis, quisquis & algidos  
Septentriones, aut Eoa  
Sub tepido colit arua Cancro.  
A roce tanti Numinis, antea  
Qua non fuerunt nunc iubar hauriunt  
Caelestis aura, iussa frontem  
A Nihili regione tollunt.  
Hic acta versat consiliantium  
Iniusta quo vult turbine gentium:  
Iniqua plebes & tyranni  
Qua validi statuere, soluit.  
AEternat omnis sed diuturnitas,  
Decreuit almus quae fore conditor:  
Nec iussa menti fixa delet  
Ludibrium fugientis aui.  
Felix Olympi gens sibi praesidem  
Sortita Regem, quam propriam vocat  
Hereditatem, segregatum  
Quam populum Deus ipse legit,  
Sic ex Adami semine posteros  
Regnator alto cernit ab aethere:  
Sive Occidentem, decolores  
Sive tenent Orientis oras.

stellan-

## PSALM. XXXIII. 57

stellante curas ex habitaculo  
Rimatur omnes, omnia lumine  
Per corda vadit perspicaci,  
Quae sapiens fabricavit auctor.  
Non se tuetur Rex legionibus,  
Non se gigantes robore protegunt:  
Non qui volanti promptiores  
Cornipedes Aquilone frenant.  
Fallit vehementem nobilis vngula,  
Euroq; certans fallitur Alipes,  
Non sepe felix irruendo  
Aut alias fugiendo tarmas.  
Clemens amicos at Deus aspicit  
Spe, mente, votis, & prece supplices:  
Quos effugata morte nutrit,  
Quando fames populatur vrbes.  
Hunc mens anhelet feruida Principem,  
Hunc speret vnum cum mala detonant:  
Qui stat honorum pro salute  
Indomiti clypeus vigoris.  
Illo fruuntur praeside gaudiis,  
Illius alma nominis anchora  
Ventos feremus: spes ab illo  
Accipiet bene stante portum.



D 5

PSALM.



## PSALM. XXXIV.

Benedicam Dominum in omni  
tempore.

**S**ue quies orbem foueat gratissima, siue  
Procella vexet in tonata fluctibus,  
Caelicolum Regem dicent mea carmina, laudes  
Illi perennes os laborabit meum.  
Hec animi fuerit Dominum cantare voluptas:  
Et turba miris audiens letabitur.  
Eia illum pariter gestu celebremus ouantes,  
Eiusq; nomen efferramus cantibus.  
Audiit e sana me tempestate vocantem,  
Et qua premebant depulit pericula.  
Hunc ardere pii, claro rutilabit in igne,  
Nunquam pudoris obliqui coloribus.  
En qui stelligerum clamauit in aethera pauper:  
Dominusq; voces inuocantis audit.  
Eius ab aethera missus volat Angelus arce,  
Numen timentes vt periculis arceat.  
Discite quo foueat iustos ardore, beatos  
Illos scietis esse qui fidunt Deo.  
Custi sacra pias tangat reuerentia mentes,  
Tunc ne pauori torua sit penuria.  
Esuriat soboles nunquam satiata leonum;  
At nulla sanctos torqueat necessitas.

P22F1M

Pergite

Pergite filii, verum me audite magistrum,  
Almi timorem vos docebo numinis.  
Si quis amat vitam letis successibus auclam,  
Diesq; pacis si quiete diligit,  
Hoc agat, imprimis ne fando nefaria dicat,  
Ne moliat ore fallaci dolos.  
Improba ne faciat, curas meditetur honestas:  
Inquirat almae grata pacis ocia.  
Innocens oculis circum Deus adspicit equis,  
Votis eorum blandus aures commodat.  
At fontes oculis obliqua tuentibus haurit,  
Eosq; nube contegit silentij.  
Innocens facilem prebet clamantibus aurem,  
Omniq; tandem liberat molestia.  
Auxiliaris adest, animus cum deficit expes,  
Humilesq; tollit adiuuando spiritus.  
Coniurata fremunt circum discrimina iustos,  
Clypeo sed vltor cuncta depellit suo.  
Quorum lecta parens custodit pronidus ossa,  
Nec passus vnium vi malorum conteri.  
Auferet at fontes fortuna miserrima lethi,  
Iustum perosus stirpe cum tota cadit.  
Eximet omnipotens animos sua castra secutos,  
Nam spes in illo qui locant, non occidunt.



PSALM



## PSALM. XXXV.

Iudica Domine nocentes me.

**I**udica tremende scuos  
Perduelles Arbitet.  
Inferentes bella, perde  
Bellicosus emulos.  
Parmulam tene sinistra,  
Sume dextra lanceam,  
In truces exurge pugnax  
Miles aduersarios.  
Stringe ferrum, quo laceffe  
Persequentes impios.  
Dic mihi periclitanti,  
Sum tui custodia.  
Erubescant & tremiscant  
Molientes funera,  
Terga cum pudore vertant  
Qui nocere cogitant.  
Gluma qualis ante ventos  
Conuoluta funditur:  
Sic eant, & incitante  
Ventilentur Angelo.  
Nocte protegente cælum,  
Calle pergant lubrico.  
Et ruentes ponè vindex  
Defatiget Angelus.

Abdi-

Abdidere namq; lethum  
In paratis cassibus:  
Innocentis euolare  
Cogerent vt spiritum.  
A suis irretiantur  
Ergo capti fraudibus.  
Hauriantur deuorati  
A sua voragine.  
Liberata vita dono  
Sempiterni numinis,  
Efferet se predicando  
Quam salutem rettulit.  
Lingua, fauces, ossa, nerus,  
Pectus, & præcordia  
Clamitabunt, ecquis audeat  
Se Deo componere?  
De manu potentiorum  
Ille tollit pauperem.  
A rapinis ditiorum  
Indigentes eripit.  
En iniqui falsa testes  
Mentuntur criminis,  
Inscienti quæ patrata  
Peierantes imputant.  
Pro bonis accommodatis  
Afferunt incommoda:  
Caritatem pro locata  
Dant meorum copia.

Flebi.



62 PSALM. LIB. I.

*Flebiles iacere vidi  
Quos vt aegritudine,  
Me dolentem veste totum  
Induebam lugubri.  
Sordidatum macerabam  
Corpus hoc isiniis.  
Vota feci que volebam  
Vt mihi contingerent.  
Frater vt fratres adibam  
Charitate proximos.  
Eiulabam ceu perempta  
Stirpe mater eiulat.  
At meis illi in periclis  
Gestierunt gaudio.  
In coronis flagra lingua  
Aggregarunt in scio:  
Dissipati, & inquieti  
Histriones moribus  
Sauciarum impetuum  
Me caninis dentibus.  
Probra quando tot seuerè  
Vltor intueberis?  
Hanc ab immani leonum  
Ore vitam protege.  
In frequenti te corona  
plebis ornatissima  
Constuebor esse vite,  
Ac salutis anchoram.*

Ne

PSALM. XXXV.

63

*Ne meis canant triumphum  
Perduelles cladibus.  
Oderint frustra, malignis  
Innuendo palpebris.  
Pacis hostes, velle fingunt  
Quam sugant, concordiam.  
Et quiescentes iniqua  
Fraude terras concitant,  
Ora porrigunt, & Euge,  
Euge dicunt garruli:  
Nostra tandem que volebam  
Conspiciantur lumina.  
Cernis hec? ò alme iudex  
Ne fove silentium.  
Ne recede, ne relinque  
Destitutum supplicem.  
Surge, ius meum tuere  
Numen ò amabile.  
Pro clientis ò patrone  
Lite causam iudica.  
In tuam cum iudicaris  
Aequitatem respice,  
Non habebunt inde voti  
Compotes irrideant.  
Mente secum nec loquentur,  
Euge tandem vicimus.  
Prada nostris que tenetur  
Retibus, vorabitur.*

Arube-



64 PSALM. LIB. I.

Erubescant, & tremiscant,  
Qui meis doloribus  
Perfuuntur, ora tingat  
His pudenda dedecus,  
Qui suam meas ruinas  
Arbitrantur gloriam.  
Gaudeant, & efferrantur  
Qui fauent innoxio.  
Et suo canant amantem  
Leta seruo principem.  
Alme vindex, & equitatis  
In tua preconia  
Ora soluam, dum coruscet  
Astra Sol obinerit.

PSALM. XXXVI.  
Dixit iniustus vt delinquat in se-  
metipso.

**M**ecum profana sepe licentia  
Dum volo mores, sic statuo, Dei.  
Nunquam tremendam vindicantis  
Ante oculos habuisse Numen.  
Blanditur amens quippe nefaria  
Menti libido ne scelus abnuat:  
Hinc magnus autorem nefandi  
Flagitij Dominator odit.

Fran-

PSALM. XXXVI. 65

Fraudes iniquas dicere callidus,  
Occludit almae cor sapientie,  
Ne veritatis se coactum  
Imperis ad honesta fleat.  
Aut in cubili noxia cogitat,  
Aut testis linguens deuia criminum  
Per te qua vadit, pestilenti  
Nequitia data senna soluens.  
Rex almae culti templa benignitas,  
Vlraq; nubes in tua veritas,  
Tuae equitati dorso montes,  
Iudicis mare subdit vndas.  
Humana custos agmina sospitas  
Cunctisq; victum das animantibus:  
O te scientem sponte vastum  
Praesidiis recreare mundum.  
Te gens Adami fessa laboribus  
Respectat vnum, tegmine scilicet  
Velata vt alarum tumultus  
Sollicitos fugiat tuarum.  
Tu mortis illam legibus erutam  
Stellantis anle sedibus in fessis  
Torrentis olim quam bibentem  
Latiis satiabis amne.  
Fons vnus illic diffluit alueo  
Vite perevni non variabilis  
Lumenq; fulget, quo videtur  
Lux superi radiosa templi.

E Pre-



Prætere castis mentibus interim  
Tua fauorem munificentia:  
Et corde rectis sempiterna  
Iustitia monumenta pande.  
Ne fastuosum me ferat insolens  
In casta ventos fœta superbia  
Exempla turbæ ne profane  
In scelerum sua regna ducant.  
Lethalis auctor criminis occidit  
Per tuta rerum nescius ingredi  
Oberrat exul semper albo  
Instabilem panit ore sortem.

PSALM. XXXVII.  
Noli æmulari in malignan-  
tibus.

**N**E licet alta pesant, factis imitare malignas,  
Ne leta pravis inuide felicibus.  
Ocyus arescent viridis ceu gramina fœni,  
Hortiq; vernacæu comantis gratia.  
Spem committe Deo, molire laboribus aqua:  
Dinq; terras affluenter incoles.  
Sit Pater æthereus tua primas, & summa voluptas,  
Et quæq; supplex flagitaris, annuet.  
Res omnes Domino si cæperis auspice, firma  
Sit spes, secundo prosperabit exitu.

Virtu-

Virtutem aurora similem radiare, tuiq;  
Dabit æquitatem iuris vt meridiem.  
Tempora ser tucitus successibus aspera davis,  
Deniq; castis fœde votis interim.  
Prospera, ne prauos, et si fœuet aura, sequaris,  
Nec molientes cuncta per libidinem.  
Ira ne indulge, fœnos ne immitte furor,  
Ne fortè liuor trudat in piaculum.  
Anteres scelerum terris procul omnibus errant:  
Iusti paternis immorantur acibus.  
Siste parum, nusquam sceleratum stare videbis,  
Nec ima cernes turrium vestigia.  
Longa manent homines pacata secula mentis,  
Aguntq; lati grata pacis ocia.  
Impius insonti per fœandem retia ponit,  
Fremensq; senis dentibus sperat minas.  
Consilia insani Deus at furialia ridet,  
In quem parari tela mortis imperat.  
Horridus immanem vaginâ liberat ensẽ,  
Totis abennum lunat arcum viribus.  
Sine truce dævâ mucronem vt cede truentet,  
Sive vt sagittis corde puros induat.  
Cruclis feriat sed lethi ferilia mucro,  
Nernoq; ducto facta cornus esolet.  
Casta pÿ modice melius res limina seruant,  
Opes superba quàm scelestorum domos.  
Æffera defœuim iniusta raboza pubis,  
At semen roget Dominus insontum: quibus

E 2

Con-



## 68 PSALM. LIB. I.

Consulit, ut uiuant placide, seruentq; futuris  
Hæreditatem patriam nepotibus.  
Tempora cum fuerint ardente obnubila bello:  
Ferre nec iras, damna nec famis trement.  
Vni hominum duris è celo in rebus alentur,  
sed interibit gens scelestâ funditus.  
Tunc quoq; tergeminis cû tanget honoribus auras,  
Armina flammis ut cremata diffluet.  
Fecerat iniustus, nec donat egentibus unquam,  
Iusto, unde tribuat indigenti, suppetit.  
Et vir amans iusti natis sua prædia linquet,  
Iustum at perosus stirpe cum tota ruet.  
Ipse viri Dominus vestigia dirigit æqui,  
Amatq; vitæ quam probauit orbitam.  
At si forte cadit, non casu alliditur vllò:  
Manum cadenti quippe supponit Deus.  
Qui fueram inuenis, senui: nullumq; recordor  
Pium relictum, vel prorum liberos  
Ante fores hominum surdas alimenta rogantes,  
Misferetur, imò commodat, donat pius.  
Quin memor egregium Deus hac pietate fuisse,  
Felice prolem ditat eius copia.  
Quæ documenta dabo vitæ meliora regendæ?  
Fuge praua, recta perpetra: vines diu.  
Diligit aqua Deus, sanctos non deserit, cui  
Spacia sequentis riuidi præternolant.  
At qui iussa Dei temerant celestia, panam  
Meritam reissi stirpe cum tota ferent,

Cu m

## PSALM. XXXVII.

69

Cum sobole æternum tota pius accolet orbem:  
Dum Sol habenis ducet auratis diem.  
Nobilis ore p; casto sapientia satur:  
Eiusq; lingua fas, & æquum differtit.  
Condita legis habet diuinæ in pectore iussa:  
Hinc non vacillat lubrico vestigio.  
Impius ut capiat iustum, mouet omnia, cædis  
Et æstuosa flagrat impotentia,  
Vim prohibet Dominus, gladio seu lethifer instet,  
seu cogitat & litium calumniis.  
Fide Deo, legemq; Dei complectere, sospes  
Honore clarus, diues, orbis incola  
Aspicias obuisse malos. Ego surgere vidi  
Libani ut Cupressos arduas nefarium,  
Dum redeo, iam nullus erat, qua sede maneret,  
Dum quero, vidi prima nec fundamina.  
Insontes aliter, iusti q; agæ respice, viuunt,  
Ipsi, genusq; perfruuntur ocio.  
Iniusti fugiunt, surgens velut æquore nubes,  
Similem q; proles sortietur exitum.  
Alma salus veniet de celo at tollere iustos,  
Quos numen ambit, dum procellæ detonant.  
Quos leuat auxilio, quos tempestatibus arceat,  
Et à profanis liberat conatibus.  
Quos dabit incolumes tandem contingere portum,  
Cùm spes in illo rite collocauerint.

E 3

PSALM.

**PSALM. XXXVIII.**  
**Domine ne in furore tuo arguas me.**

**N**e ma favoris *Arbiter*  
Dum sumat astus, argue;  
Ne commorentem pallidus  
Dum seruet ira, corripe.  
Tua sagitta viscera  
Ictu profundo fauciant,  
Manusq; vulnus asperat  
Nimis prementulo lividum.  
Relinquit artus sanctas  
Ira fugata turbine,  
Bellantur ossa spiculis  
Attacta conscientia.  
Iniquitates obratum  
Feruntur vltra verticem,  
Et molis in star plumbea  
Gementis armos opprimunt.  
Obdura iam recruduit  
Nano cicatrix visere,  
Largiq; rabo distulit,  
Hec quod mederi distuli.  
Misere, gemensq; maceror,  
Totus dolendo complicor.  
Incurtus terga de sero,  
Mortuulo soles exigo.

Conti

Contabuerunt ilia  
Turpi veneno tabida:  
In parte nulla corporis  
Apparet egri sanitas.  
Sic pressus vsq; maximis  
Et vsq; damnis torqueor,  
Vt cor leonum clamitet  
De more rugientum.  
A Eterne rector aspicias,  
Mens agra qua desideret:  
Non te latent abscondita  
Vel vota, vel suspiria.  
Cor astuosum fluctuat,  
Amissa virtus occidit,  
Offusa nox horrescere  
Videtur ante lumina.  
Omnes amici, & sanguinis  
Affnitate proximi  
Stetere contra, longius  
Ob facta pulsi vulnere.  
Vni propinquant scilicet  
Hostes furore perciti:  
Dolosq; versant callidi  
A Solis ortu ad Hesperum.  
At ore mutus adfui,  
Et aure surdus interim:  
Par simplici qui nesciat  
Responsa pro se reddere.

E 4

Anhe



## 72. PSALM. LIB. I. 9

Anhela sed te vindicem  
Spes orat, vt respondeas;  
Curabis alme conditor  
Vt ne cessat irrita.

Precor meis ne casibus  
Se crudus hostis efferat;  
Si pes vacillat, lubrico  
Si nuto gressu, gestiet.

Paratus en ad verbera  
Morsu doloris aspero,  
Correptus agra surgere  
In terga vires horreo.

Agnosco memet, crimina  
Ob perpetrata maceror;  
Et ante vultus excubat  
Imago culpe lurida.

Sed viuat hostis interim,  
Longeq; fit potentior:  
Et me perosa maximis  
Gens gliscit aucta viribus.

Loco rependunt gratia  
Qui dannta, de me detrahunt:  
Calumniantur, orbita  
Quod a quitatis ambulem.

Ne me relinque deprecor  
O alme vindex: aspera  
In hac procella temporum  
Abire cessa longius.

Festi-

## PSALM. XXIX. 73

Festinus imò conuola,  
Opemq; fir rogantibus,  
Es namq; solus anchora  
Mea salutis vnica.

## PSALM. XXXIX.

Dixi, Custodiam vias meas, &amp;c.

**R**empere me tandem licet alta silentia victū,  
Hostis proterua cogeret loquacitas;  
Os inhibere tamen validis conabar habenis,  
Ne lingua verbis insolems offenderet.  
Sic tacui patiens vt ne asperiora referrem.  
Amica premerem verba. Sed coercitus  
Corde ardente dolor magis aestuat, hic mea voluo  
Dum damna, creuit ignis impatiens tegi.  
Erupit tandem, & dixi pater optime, finem  
Quem das laborum? fare quid reliquū est mihi?  
Quantum lenta dies aberit, qua tædia vite  
Miseræ iubebis luctuosa soluere?  
Viuo dies numero breue quo mortalibus æuū  
Metiris, idq; pene te coram est nihil.  
Ille vt imago leuis, volucrisq; simillimus vmbrae  
Animum fatigat anxium laboribus.  
Aestuat infelix, vt inutile congerat aurum,  
Ignarus ecquis auferet. Quam spem sequor?

E 5

Quid



74 PSALM. LIB. I.

Quid moror, & vna tuis ò anchora numen amicis,  
Te nitar vno Rege, de te pendeam.  
Cru deli à sceleris me solue tyrannide vinculum,  
Et ne impiorum dede ridendum grege.  
Vt mutus filii, non ora in verba resoluti,  
Tui ferebam cuncta iussa numinis.  
Verbera paulisper sed, quæ so, dura quiescant  
Nam te imprimente flagra, vix animam traho.  
Tu plagis hominem peccantem ultricibus vrges,  
Tabescit impar ille, sicut arida  
Aut tinea, aut fragilem quæ ponit aranea telam.  
Homo est profecto bulla, vel bulla minus.  
Audi sancte Parens orantem, hunc adspice fletum,  
Ne torua retro verte quæ so lumina.  
Vt iuo peregrinus, sum terra in sedibus hospes,  
Mei fuerunt vt parentes aduena.  
Ergo ser hanc animam blada vt refrigeret aura,  
Vadat priusquam, regredi vnde non licet.

PSALM. XL.  
Expectans expectavi Domi-  
num.

Sperabam Domini rebus in asperis  
Succurrentis opem tristis, ab aureo  
Cæli vertice tandem  
Granti bonus annuit.

Aurem

PSALM. XL. 75

Aurem sollicitis questibus applicans  
Immersum barathro sustulit algide  
Enigrante lacuna,  
Ac cæni scrobe sordidi.  
Rupem constituit me super iniuriam  
Gressus ille regens: vt canerem suas  
Laudes, os animauit,  
Inspirans noua carmina.  
Hæc multi aspicient numinis in scq,  
Atta Eliq; sacris religionibus,  
Se committere discent  
A Eterna sapientie.  
O felix animi, respicit effica:  
Cuius spes Dominum: si neq; vanitas  
Fastu lælat inani,  
Nec recordia decipit.  
Sunt exempla tue munificentie  
Quam miranda parens? Ecquis amicior  
Gratas nutrit amoris  
Curas in sua pignora?  
Conabar patriæ sollicitudinibus  
Enarrare vices: innumerabili  
At summâ stetit ipso  
In cursu labor irritus.  
Cultris caesa nihil eum inuict hostia,  
Aurem vellit amans, & docet elui  
Nullius scelus arâ  
Tinctâ sanguine victima.

Tu 110



76 PSALM. LIB. I.

Tum dixi, En venio: namq; prioribus  
 Arcani tabulis esse voluminis  
 Inscriptum scio, iussa  
 Vt primus tua persequar.  
 Huc me vota ferunt, in penetrabilibus  
 Legem quippe tuam pectoris oculo:  
 Et late cano laudes  
 Præco Iustitiæ tuæ.  
 In magnis populi catibus eloquar,  
 Non claudo labiis ora silentibus:  
 Nosti, sit tua cura  
 Vni quàm mihi gloria.  
 Non te præterij fontibus asperum,  
 Mitem supplicibus: pæcha clientibus  
 Certum reddere: opemq;  
 Promptum ferre iacentibus.  
 Per me nec bonitas, nec tua veritas  
 Conduntur tacita nube silentij:  
 In congressibus ambas  
 Euius popularibus.  
 Ne clemens igitur me pater exigue,  
 At custos bonitas, almaq; veritas  
 Seruent: utraq; pellat  
 Casus exitiabiles.  
 Circum mille fremunt damna, sonantium  
 Examen scelerum perstrepat auribus:  
 Quæ discernere nullo  
 Possim mentis acumine.

Nec

PSALM. XL.

77

Nec tam densa pili tempora vestiunt,  
 Quam mens victa malis ingeminantibus,  
 Succumbit, rigor unde  
 Lassi pectoris effugit.  
 His ò me Genitor cladibus eripe,  
 Et tandem placido numine resspice:  
 At qui lugubre vita  
 Optant exitium mea,  
 Pædis ora rigent vncta coloribus.  
 Vertant terga fuga: nec mihi vocibus  
 Dicant Euges superbis,  
 En hostem superanimus.  
 Qui te suscipiunt, se pater efferant,  
 Tranquillis agentem gaudia mentibus:  
 Acclament Pater omni  
 Flore laude salutifer.  
 Et si pauperies durior opprimat,  
 Nunquam consitear me tamen indignum:  
 Sat sum diues, Olympi  
 Si me Conditor adspicis.  
 O spes, ò dubiis temporibus salus  
 Vita dulce mihi præsidium, veni:  
 Nosti quàm sit acerba  
 Speranti mora pectori.



P SALM



## PSALM. XLI.

Beat<sup>o</sup> qui intelligit super egenū, &c.

**H**umilem beatus pauperem qui pectore  
Intelligenti respicit,  
Animoq; reputat nunc egentem, mox fore  
Volente celo diuitem,  
Deus hunc ab omni liberum periculo,  
Iniuriāq; temporum  
Diu beatum, sospitem, plenum dabit  
Felicitis affluentis,  
Formidolosa nec relinquet hostium  
Immaniū libidini.  
Recreabit agrum, sternet infirmo torum,  
Mali dolorem molliet.  
Languoris artus flamma cum depasceres,  
Precatus alme conditor  
Anima salutem, parce dixi, languo,  
Te nempe quod offenderim.  
At scelus hostis interim me Tartaro  
Sic imprecando, destinat.  
Hunc ora quando mortis ille tabilis,  
Eiusq; nomen auferet?  
Ingressus ut me viseret, suspiriis  
Immuget fallacibus.  
At ex atroce cepit agritudine  
Ridente corde gaudium.

MJA 9

Esz-

## PSALM. XLI.

Etenim regressus, quam tenebat pectore  
Nuda:it ore gratiam.  
Inimica iungit turba se, clam insistant,  
Clam dira de me cogitant.  
Hunc ira, dicunt, torquet vltoris Dei:  
Habendus est pro mortuo.  
Tam surget hic de lectulo, cadauera  
Quam de sepulchri sedibus.  
Amicus etiam cuius in fide meam  
Spem collocaui, particeps  
Mense, laring; me necessitudinis  
Oblitus, urget calcibus.  
At tu misericors rector alme, pristinis  
Me redde quaeso viribus.  
Dabo quae dederunt, Hoc erit pignus tuū  
Amoris optatissimum,  
De me subacto perduellis insolens  
Si non triumphos egerit.  
Tuere Genitor propter innocentiam,  
Ac ante pone lumina  
Ut te nepotes tui colunt Deum,  
Sic totus orbis euehat.  
Dum nox opacat, luciferq; noctibus  
Clarat fugatis aethera.



INSE-

IN SECUNDVM  
LIBRVM PSAL-  
MORVM.INTERPRETATIO POE-  
TICA LATINE, &c.

## PSALM. XLII.

Quemadmodum desiderat  
ceruus, &c.

*S*icut agens animam ceruus desiderat  
ammes,  
Sic tua Rex hominum cor sitis ora  
meum.

Te sitio viuum Deus ò fortissime numen:

Sunt tua quando oculis templa ridenda meis?

Pro lautis habui lacrymarum potula mensis,

Sole ferente diem, nolte fugante diem.

H. 2. 1.

Talibus

Talibus insultans dum sepius increpat hostis:

Dic tibi, quæ tuum detinet ora Deum?

Hæc memorans animæ laxabam fræna dolenti,

At desideris sic vacat illa suis.

scilicet arcani quando ò tentoria templi.

Ingrediar Domini limina quando mei?

Quæ mecum populus choreis hinc aratus adibat,

Et quali trepidat gens epulata sono.

Cur animæ ò tristes versas exerceat curas?

Cur mihi solliciti causa timoris ades?

Imple vela Deo, patriæ nam redditus, illi

Victor adhuc laudes, &amp; tua vota feram,

His licet absentem tristis solabor amorem,

Dum memor exili; tempora longa tero.

Iordanis scopulos dum vasti inglorius erro:

Dum sequor Hermonium, dorso minora, ingû.

Vna ruens alium tempestas attulit imbrem,

Ceu polus effusus cum sinit asper aquis.

Me super ò cælo multi cecidere timores,

Aeris irati detonuere mina.

Hæc Pater Eò sed nubila Sole fugasti:

Et mea te cecinit nocte manente tyra.

Exul, inops, supplex nunc dicam in rebus egenis.

Præsidium vitæ dulce, salusq; mea:

Cur tam longa mei toleras obiunia? quare

Ire laborantem rot patiere malis?

Dum ferit his animû, veit ossa reuelleret hostis.

Et per ludibrium talia sepe rogat.

F

Hæc



82 PSALM. LIB. II.

*Hæus age, si profugus caelesti à numine pendes,  
Dic ubi, quare tuum detinet ora Deum?  
Cur anime ô tristes versas exercite curas?  
Cur mihi solliciti causa timoris ades?  
Imple vela Deo, patriæ nam redditus, illi  
Victor adhuc laudes, & tua vota seram.*

PSALM. XLIII.

*Iudica me Deus, & discerne.*

**A***rbiter, iurisq; custos  
Me, querentem vindica,  
Et tuo defende causam  
Innocentis robore.  
Fraudulenti deprecare  
Litigantis impetum.  
Si mihi munitionis  
Instar es tutissima,  
Cur repellor? cur dolore  
Te ferente differor?  
Cur ab hoste cogor omnes  
Ferre contumelias?  
O tua iubar refunde  
Veritatis aureum.  
Æquitatis ora castæ  
Pande lucidissima.*

810

PSALM. XLIV.

83

*Me duces hi montis alma  
Deferent in culmina.  
In tua diuinitatis  
Templa ducent conscia.  
Et vigentis introibo  
Vsq; ad aram principis,  
Quo iuuante, quo fonte  
Latus annos exigam.  
Plectra quem meo loquentur  
Verberata pectine.  
Ergo quare tristis hæres  
Mens amica stertibus?  
Cur tuis me defatigas  
Amplius suspiris?  
Spem tuere namq; voti  
Compos olim, gratias  
Debitas ægam Tonanti,  
Restitutus patriæ.*

PSALM. XLIV.

*Deus auribus nostris audi-  
uimus.*

**V***init adhuc operû Deus inclÿta fama tuorû,  
Quam proani seros nos edocuerè nepotes.  
Scilicet vt quondam tua dextra videntibus ipsi  
Erueri*

F 2

Erueri



## 84 PSALM. LIB. II.

Erverit populos natali à sede fugatos,  
Poneret vt noſtra firma incunabula genti.  
Non ferro armati, non illi viribus hoſtem  
Infregere ſuis, habuere aut premia belli  
Vrbes, indigenæ quas fundauere coloni.

Sed tua vis Genitor, tua ſola potentia factos  
Extulit Iſacidas, magno quod amore fouebas.  
Regnator numenq; mihi, tu ſemina cuſtos  
Iacobi defendis ani. Te robur in hoſtes  
Dante gigantos pellemus in athera contis,  
Vt reſupina leuant taurorum cornua frondes.

Nominis auſpicio calcabimus eſſera Regum  
Colla tui, nec enim fragilem conſidimus arcum,  
Aut habiles gladios vitam imperiumq; daturus.

Te duce belligeris ſeruati è gentibus, ipſos  
Accelerare fugam, & pallentia vidimus ora.  
His adeo meritis, ornant dum ſidera mundum  
O Pater, Iſacidum ſemper memorabere cantu.

At nunc deſcrimur riſti, nec bellica ductor  
Signa, velut quondam regni penetratibus efferis,  
Proiectis ad terram armis en terga fugati  
Vertimus, & ſpoliis hoſtem ditamus oſtiantem,  
Vt timida ingulamur oues, aut viſere capti  
Diuerſa exilia, & diuerſas cogimur oras.

Te verò populum iuuit poſuiſſe ſub haſta  
In capita exiguos pactum ſeruilia nummos.  
Vicinia miſeri trahimur ludibria terre;  
Paſcitur illa malis, riſumq; à cladibus haurit.

Noſ

## PSALM. XLIV. 85

Nos ignominia tanquam ſimulacra læſſunt  
Finitimi, niſtant oculis, & tempora quaſſant.  
En vt continuis meſti rubuere pudoris  
Ora notis: ſignat probroſa iniuria frontem,  
Dum clades alius verbis inimicus acerbat:  
Reliquiis alius ferrum, excidiumq; minatur.  
Tot miſeri damnis, tot tempeſtatibus acti,  
Alme tamen genitor non te obliuiſcitur vnum.  
Non mutata fides animi tua ſœdera ſoluit;  
Ritibus aut aliis, aliis aut callibus imus.  
Interea exulibus non oppida mitia prebes,  
Sed malè pacatis habitata draconibus antra,  
Vt vini iam buſta colant. Si nomen auiti  
Immortale Dei taciti mandauimus vmbriſ,  
Si noua ſuſtulimus geminas ad numina palmas,  
Nonne recognoſſes, qui noſti abſcondita mentis?  
Barbara te propter feritas nos deuouet orco,  
Et veluti ſacræ pecudes ſeruamur ad ignes.  
Quid ſomno indulges, aut indulgere videris?  
Surge Parens, etenim quid dâna extrema tuorum  
Negligis? auerſo quid torques lumina vultu?  
Nec tibi pauperties, nec ſunt tot vulnera cura?  
Afflicti vitam in tenebris, in puluere buſti  
Ducimus, ad terram deſecti viribus imus.  
Surge Pater, miſeros, ſi non merere leuari,  
Alme tui ſaltem pro nominis erige ſam.

F 3

PSALM.

PSALM. XLV.  
Eructauit cor meum verbum  
bonum.

**E**Ructat cor lata meum: precordia magno  
Parturiunt fecunda bono: mea dicere Regi  
Carmina fert animus. Fando volet excita lingua,  
Et linguam calamus scribendo celerimus aquet.

O super eximios hominum pulcherrime natos,  
Ipsa tui speciem cum gratia fingeret oris,  
Purpureis roseum labiis adflavit honorem.  
At Pater aethereus regnum tibi destinat orbis,  
Nec metam factis, nec sceptro tempora ponit.

Ergo ingens animis, etiam bellator in armis  
Cinge latus gladio, formaq; & robore victor  
Alipedes iuncto scande in certamina curru.  
Frena tibi verum, Ius, & clementia ducent,  
Ocyor aurigis liquidum quibus aethera tranes.  
Tunc noua cadendo rerum tua dextera monstra,  
Attonitas pauida soluet formidine terras.  
Indomitos rigido populos iaculaberis arcu,  
Lethales adigens per corda hostilia pennas.

Tu Deus aeterno solio moderabere mundum,  
Iustitiae nam sceptras geres. Quod scilicet olim  
Iuris amans, curuas praeui in seclaberis artes  
Nate Deo, super aquanos pater unget oliuo:  
Latitiae aeterna in signum, regniq; futuri.

Vesti-

Vestibus aspirans in versicoloribus halat  
Myrrha tuis, stactae lachrymae, castaeq; rubentes  
Exhilarant, loculis quando tibi dantur eburnis.  
Astabunt famulae claris à Regibus ortae  
Vt tua, cum fuerint iussa, mandata capessant.

At Regina tibi vincolo sociata ingali  
Dextera erit, flauos auri diademate crines,  
Ardentem vario chlamydem circumdata limbo.  
O audi me nata, vide, rem pectore serua:  
Connubio tanti sancto decorata mariti  
Pone tuos animo patrios oblita penates.  
Ille autem paribus curis aequabit amorem,  
Quamuis dignus erat, posito quem poplite Regem  
Serua colas, numenq; tuum mortalis adores.

Tunc aliae venient famulae, tibi munera supplex  
Afferet emenso reflui Tyros aequore ponti:  
Et qui diues arat terram, & qui nauigat undas.  
Maior in interno quamuis sit gloria cultus,  
En formosa tamen procedit filia Regis  
Errantis variè redimita laboribus auri.

Illa suo fulgens en sponso adducitur vxor  
Virginibus stipata suis: en sanguinis illam  
Eiusdem nymphae socie comitantur euntem.  
Applaudunt aliae manibus, choreasq; sonantes  
Ad numeros aliae ducunt, ad tympana saltant:  
Ac thalami auratis subeunt penetralia velis.

O Regina tuos ne iam reminiscere patres,  
Nam tibi felici nascetur origine proles;

F 4

Regna-



88 PSALM. LIB. II.

Regnatum iubeas quam ponere iura per orbem.  
Fortanata nimis, quantum mea carmina possunt.  
Te celebrem faciam ventura in secula matrem.  
Te populi aspicient, & dum flammantis anhelis,  
Solis equi rutilum spirarint naribus ignem,  
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

PSALM. XLVI.

Deus noster refugium &  
virtus.

**A**Ra mihi, virtusq; mea Deus anchora vite,  
Vndiq; terribiles quam petiere minae:  
Per te nil metuo, quamuis ex terra montes  
In medium videat terra volare fetum.  
In sonuere noti, fremuerunt aequora ponti,  
Culmina montanis exiluire iugis.  
Oppida terrificos timuere hos caetera motus,  
Non timuere tamen pergama sacra Deo.  
Pergama laticia qua praterlabitur amnis,  
Numine sic aras nobilitante suas.  
Excubat in medio Deus, hinc timor effugit  
omnis:  
Ante fugat Regum quam metuantur opes.  
In nos finitimas acuat discordia gentes,  
Regna fremant, Domino regna loquente cadent.

Qui

PSALM. LXVII.

89

Qui regit aratas acies, & praelia nutu,  
Isacidum noster Dux tegit ille domum.  
Construite, aeterni miracula cernite Regis,  
Sub quocunq; vagi viuitis axe poli.  
Tristis inhumanas belli compefcuit iras,  
Solis ad extremam cuncta videntis humum.  
Letiferos arcus, & tela nocentia franget,  
Scuta p; flammis vret athena rogi.  
Terrigena his signis, atq; hac exempla secuti,  
Cernite, numen ait, meq; vocate Deum.  
Magnus ero domitis princeps in gentibus olim,  
Et quem nunc refugit, tunc pia terra colet,  
Qui regit aratas acies, & praelia nutu,  
Isacidum noster dux tegit ille domum.

PSALM. XLVII.

Omnes gentes plaudite manibus.

**E**la omnes manibus certatim plaudite gentes,  
Deumq; leto personate cantu.  
Ille premit campos celsissimus aetheris, ille  
Terras gubernat annuente vultu.  
Imperio gentes nostro parere coegit,  
Iugumq; victas ferre nationes.  
Ille colenda sua nobis dedit oppida sortis:  
Hoc lata proles Isaci triumphat.

F 5

En

## PSALM. LIB. II.

*En Deus ascendit, quem circum perfonat ather  
Tabisq; , tympanisq; , rocibusq;  
Psallite mortales, magno date carmina plausu,  
Vestrum canora voce ferte Regem.  
Quod Deus imperio terras & numine frenet,  
Parate cantus elegantiores.  
Iam sua sceptrum Deus populos super efferet omnes,  
Stellisq; sedem flammam tenebit.  
Iam proceres alij veniunt ad castra Tonantis,  
Quem lecta proles nouit Abrahami.  
Inclinant alij clypeos , atq; arma Deorum,  
Nosrum fatentes esse celsiorem.*

## PSALM. XL VIII.


Magnus Dominus & laudabilis  
nimis.

**M**agnus, & ob nostram nimis es laudabilis  
urbem,  
*Alme Parens, sancti fundatam in vertice montis,  
Quam tua maiestas, & rerum gloria seruat.  
Montis amena sedens nepe hac tua regia dorso:  
Vnde bibit tenues puris Aquilonibus auras,  
Delicia, mundi q; decor, pulcherrima tanquam  
Nympha serenato tollit fastigia vultu.  
Hucus in auxilio quando furit ira duelli,  
Finitimi nouere Deum. Socialibus armis  
Huc coniurati bellum inuexere tyranni,*

sed

## PSALM. XL VIII.

*sed visa in trepidos ingens stupor incidit vrbe.  
Turbati inuersas retulere à manibus hastas:  
Nutantes acie, tremuli formidine, turpi  
Frigore pallentes, illum sensere dolorem  
In primo tolerat nitens quem semina partu.  
Ergo fuga memores conuellant signa, ruuntq;  
In Syrtis vt agunt Carthaginis equora naues.  
A proavis aiunt quacumq; audisse minores,  
Vidimus aterni fundata in numinis vrbe.  
Te pater ex adytis templi videamus amicum,  
Nominis vtq; tui nullis stat gloria metis,  
Sic cat in populos omnes, tibi seruiat orbis  
Per quem Iustitiæ monumenta insignia ponis.  
Lata Sion trepido se vertice tollet in auras,  
Virginei catus antiquo è sanguine Iude  
Applaudent statues cum premia debita factis.  
Ite, Sion cum spatij circundate collen:  
Ite videre domos, ambitaq; mœnia fossi:  
Quot turres habeant, quot propugnacula muri.  
Mirati moles operum, speciemq; domorum,  
Vnam venturis narrate minoribus urbem.  
Hinc nostrum cohuisse Deum gens postera discet,  
Talibus impostum seruat qui montibus arcem,  
Quo duce nos etiam reliquum durabimus aui.*



PSALM.



## PSALM. XLIX.

Audite hæc omnes Gentes.

**A**udite hæc Gentes qua curribus afflat anhelis  
Sol oriens, aut sera rubens dat lumina vesper.

Audite à variis populi regionibus Orbem  
Qui colitis, qui diues opum, qui paupere vitam  
Sorte regit. Diuina meo sapientia magnum  
Ore canet: meditata diu prudentia voluet.

Ipsæ exemplis pandam cælestibus aurem;  
Et Citharæ fidibus non clara oracula dicam.  
Cur inopi metuant vitæ, dum seuis habendi  
Vret amor, studio partis vt rebus iniquo

Dives ab extrema formidine puniatur horæ?  
Disce quid eueniat tumidis, auroq; superbis:  
(Seu fidant opibus, seu viribus omnia credant  
Concessura suis) Fratrem non eximes Orco  
Frater, vbi è manibus vitæ lora remisit:  
Nec pretio faciet veniat rediuius in auris.

Quin definitum producere longius æuam,  
Quam sinat æterni nunquam lex irrita patris;  
Nemo potest, aurove Deum mollire, silentes  
Mortis vt effugiat non euitabilis vmbra.

Non hic occiderit, cineres sapientis humari  
Cum videat? Stultis etiam sua funera restant,  
Tum miseri ignotis hæredibus omnia linquent,  
Et sola exanimis habitabunt busta sepulchri.

Quid

Quid iuuat æreas fundasse nepotibus arces,  
Famaq; per vanos nimirum quæ sita labores?  
En quo laudis amor, quo nominis illa cupido  
Impulit ignaros, veniat quo gloria cursus?  
Sicut in vmbrosis obeunt animalia siluis:  
Haud aliter reuolant ad nigra cubilia lethi.

En hominis recordis iter, quo tendit in Orcum  
Æmula posteritas, illos mors ferrea pascet  
Ceu leo crudus oues: Contra dominabitur insons  
Turba, coruscanti cum fulserit æthere iudex.  
Impia sed patria de sedibus exul ademptæ,  
Æternæ vmbri ferum caliginis accolet antrum.  
Me verò Deus eripiet, barathroq; remissum  
Suscipiet, vitæq; dabit melioris honorem.

Ne quem diuitiæ, quem maxima nomina iactat  
Horrueris, quem fama canit, quem gloria tollit.  
Mors etenim quando clauos adamantina figet,  
In gelidæ tumulo spoliatum ponet arenæ.  
Dum viuunt, spiratq; nimis securus Olympi  
Delicias opibus quarit: Stupet inscisa turba,  
Et coram ætonio ofelicem predicat ore.

Verum summa dies vt auorum busta recludet,  
Fugisse in cassum lacrymans sua gaudia dicet,  
Missus in exilium, luci q; imperuia regna.  
En quid habent homines; Querant siue numino  
famam:

Illos suscipient tacite somni hospitis vmbra,  
Mortua cœu vasta condunt animalia siluæ.

PSALM.



## PSALM. L.

Deus Deorum Dominus locutus est.

**R**ex hominum, diuumq; potens inhibere superbos,

Terrigenas in iura vocat nascentis ab ortu  
Solis ad Occasum. Speciosa è monte Sionis  
Ipse graui gentes affabitur ore coactas.

Accedet propius domitor manifestus Olympi,  
Nec culpas hominum, temerataq; iura silebit.  
Ante illum venient sinuosa volumina flammæ,  
Prælia ventorum, tempestatesq; sonora.

Vtq; suum populum ferat in prætoria iudex,  
Estis, inquit, Tellus, & Olympi sidera testes.  
Sistite quam docui gentem mea numina quòdam,  
Et posthæc sacros adolere altaribus ignes.

Iustitiam Domini vulgabit flammæus Æther:  
Qui ppe sedens æquum solio ius dicet ab alto.

Ille, audi gens læta mihi, gens semine creta  
Iacobi, nunc pauca loquar. Scio te mihi testem  
Esse, quod adfuerim duris in rebus amicus,  
Et Genitor, numenq; tibi. Non arguo vindex  
Rarior ad sacras quòd venerit hostia tadas.

Quin memini quoties flammis holocausta dedisti.  
Non ego te, vitulis ornes conuiuia, poscam:  
Non hircos de more cremes. Sunt omnia læta  
Nam mea quæ densis errant animalia siluis,

Quæ

Quæ montes, vallesq; tenent: mihi libera piæctis  
Æthera per liquidum ludunt auararia pennis:  
Mitiaq; irriguis frondent pomaria campis.  
Vrgeret si dura fames, Ego conditor Orbis  
Ad te confugerem, cui parturit omnia tellus?  
An pascor vitulis? an sanguine proluar hirci?  
Disce litare, mihi grates age pectore casto:  
Tum calidas vitros, quæ voueris, affer ad aras.  
Ac ubi te circum dederunt discrimina signum.  
Auxilium me pæce, feram: pro munere tanto  
Indefessa meas in laudes ora resolues.

Tum Deus aspiciens reuereri numina parcum,  
Quid mea iura, inquit, memoras? & sidera  
mendax

Interpres vano nequicquam disseris ore?  
Iussa furens odio rumpis cælestia primis,  
Inq; tuum recors tergum mea dicta relegas.  
Te comitem visis riuum latronibus addis,  
Et sequeris thalamos ausum violare iugales.  
Irrides alios, intexis callidus omni  
Arte dolos, etiam fratri conuitia dicis,  
Dedecorasq; tuæ matris germanus alumnos.

Has scelerum furias quòd non sit pena secuta,  
Me similem rebare tui? malefacta luendo  
Agnosces; oculis iam coram singula figam.  
Discite iustitiam securi numinis, olim  
Æterna rapiam ne vos in pabula flammæ:  
Dum nemo eripiet, dum nemo obstabit eunti.

SACTA



96 PSALM. LIB. II.  
Sacra mihi, laudes: & puri nuncia cordis  
Vota litant. Hac ite, Dei reperire salutem  
Fas erit, & tandem caeli requiescere portu.

PSALM. LI.  
Miserere mei Deus secun-  
dum, &c.

**O** Miserere Parens, animi sua crimina flentis,  
Hoc petit, & Bonitas hoc tua sola potest.  
Tam bonus ut soleas inimici ignoscere culpis,  
Elue flagitij tetra venena mei.  
Nec semel hanc animam, sed per lue sepius vnda,  
Purus ut à sceleris tabe necantis eam.  
Heu scelus aspicio, factiq; nigerrima semper  
Omnibus adcurrit criminis umbra locis.  
Hoc quæror infelix in te peccasse videntem,  
Nec me respectu continuasse tui.  
Si veniam dederis, tua me clementia vincet:  
Si panam statues, tunc quoq; victor eris.  
Ecce mee labem traxi Genitricis ab aluo,  
Natalemq; sui iam reus ante diem.  
Tu veri, & nimium puri candoris amicus,  
Abdita sint quamvis me tua sacra doces.  
Si tamen Hyssopi felici aspergine lustras,  
Dicar Hyperboreas candidus ante mines.

Defe-

PSALM. LI. 97  
Deferat ò aliquis iam te mihi nuncius æquum,  
Tritaq; restituet pristinus ossa vigor.  
Respice ne toruo defleta piacula vultu,  
Abluè quas fecit culpa timenda notas,  
Finge mihi sceleris cor purum, & viscera magni  
Plena novis animet flaminis aura modis.  
Ne faciem vela, ne longius eÿce pulsus, mi,  
Ne sine me vacuum flaminis esse tui.  
Sed cum reddideris sperata gaudia vite,  
Spiritus impulsu me regat ille suo.  
Tunc ego qui fugiunt caelestia castra reducã,  
Et venient positus ad tua signa minis.  
Exue patrata me compede cadis abena:  
Perpetuo iustum te mea lingua canet.  
Conditor alme novis aperi concentibus ora  
Nuncia virtutis sepe futura tua.  
Si pecudum fuso placari sanguine velles:  
Ara tibi vitulis siaret onusta meis.  
Sed non in cineres, qua vertitur hostia, placat:  
Mens bona, vel sceleris facta dolore litat:  
Humida qua lacrymis, & amoris saucia ferro,  
Non erit irato despicienda tibi.  
Respice pacato tranquillior ore Sionem,  
A Edifica Solyma pergama clara tuæ.  
Tum patiere manu curari altaria casta:  
Casa piis vri tunc holocausta focis.

Macla-



## 98 PSALM. LIB. II.

Mactatos etiam flammis ardere iuuenos,  
Ac epulis aris incaluisse suis.

## PSALM. LII.

Quid gloriaris in malitia?

**Q**uid te potentem fraudis, & impie  
Credulitatis barbare pradicas?  
Nescis per omnes innocentem  
Ut Dominus tueatur horas.

Quid lingua pravi non tua cogitat,  
Instar minacis prompta nouacula  
Haurire casu, vel maligno  
Consilio iuguli cruorem.

Præponis omnem nequitiam bono,  
Et falsa veris: exitiabilem  
Ementiendo res piorum  
In scopulum sceleratus irges.

Te numen ergo funditus eruet,  
Aget paternis sedibus exulem  
Radice ab ima te, genusq;  
Ex hominum patria reuellet.

Iusti ridebunt, nec sine gaudio,  
Metuq; dicent: En homo pectoris  
Infantis, qui sibi olim  
Duxit opus nihil esse numen.

sed

## PSALM. LII. 99

Sed fetus auro spes sibi credulus  
Fouit caducas, & leue blandula  
Qua murmur aure fluit, amens  
Vela tulit sinuosa ferri.

Fruondens oliua ramus vt insita,  
Ego in beatis numinis ædibus  
Spe nitat alma semper alti  
Fertilior bonitate cæli.

Autor meorum laudibus efferam  
Hinc te bonorum: neminis hinc tui  
Vires manebo, sic Olympi  
Nam video placuisse Diuis.

## PSALM. LIII.

Dixit insipiens in corde  
suo.

**I**mpius, vt mentem pæne formidine soluat,  
Audaciorq; militet libidini,  
Sic loquitur secum: Nullius numinis orbem  
Stabili gubernat lege providentia.  
Hinc ipse, ac usdem male turba furoribus actus  
Abominati cœlitum Regi, viam  
Desernere boni. Specula despezit ab alta  
Ardentis æibra conditor rerum Deus,  
Cernat vt in superas ecquis sapientior arces  
Se vertat, animo numen vt colat pio.

G 2

Idem



100 PSALM. LIB. II.

Idem precipites per devia traxerat error:  
Curante recta, vel modesta nemine.  
Tum Pater, ista suo gens usq; addicta furori,  
Scaua vt leana, quæ meam plebem vorat:  
Agnoscat quando supplex mea numina? quando  
Opem rogabit cladibus circumdata?  
Hanc habeant panam, timidi cum nulla pauoris  
Est inquieti causa, semper horreant.  
Omnia bellator Deus olim conteret ossa,  
Animos superbos ille franget hostium.  
Ora rubere notis faciet maculosa pudoris,  
Exosus illos, vt merentur, auferet.  
Illa inquam radius an fulserit hora serenis,  
Qua de sionis arce prodibit salus?  
Cum domus Isacidi remearit libera vinclis,  
Deum sonoris leta dicet cantibus.

PSALM. LIV.

Deus in nomine tuo saluum  
me fac.

**O** Rex nomine sospitem  
Fac me sancte tuo robore vindica  
Orantis querimonias  
Blandis sollicitas auribus accipe.  
En vno ruit agmine  
Gens infesta mihi, viribus impj

Hostes

PSALM. LV.

Hostes in caput efferis  
Concurrere meum, nec fore vindicem  
Celsa rentur ab æthere.  
At Rex alme tuo numine prosperam  
Vita spem mihi fulcies.  
Et coges eadem, quæ male fecerant,  
Hostes ferre nefarios,  
Euertet penitus quos tua veritas.  
Tunc sacras ego victimas  
Cædam sponte, Deum vox mea laudibus,  
(Quod sanctum reor) efferet:  
Me namq; ille malis eruit omnibus.  
Et vidi nimis aspera  
Vltor ferre meis quæ dedit hostibus.

PSALM. LV.

Exaudi Deus orationem  
meam.

**S**ancte me rerum Genitor precantem  
Ore non durus, neque tristis audis  
sed vent blandam querulis daturus  
Vocibus aurem.  
Turba me suis inimica damnis  
Cogit orantem grauius dolere:  
Dum minax verbis, truculenta factis  
Vrget iniquis.



## 102 PSALM. LIB. II.

Imperu quali peit hastis hostem,  
In meam toru coiere samam:

Et eum magno scelerum tumultu  
Esse fremebant.

Cor mihi sensu trepidauit acri,  
Fsa nigrantis fuit umbra leti hi:

Horru membris gelida pauore  
Noctis amictus.

Tunc ego dixi, Celeres columba  
Quis mihi pennas dabit, vt per auras

Ales en adam, vel inhospitalis  
Deuia silua?

Montium solas vagus inter arces,  
Nec repentina sonitum procella,

Nec tumescens iterum videbo  
Turbinis vndas.

O Parens labi sine fraudulentos,  
Vltor ò linguas penitus recide,

Qua venenatis agitant quietas  
Fraudibus vrbes.

Sine furetur iubar ymbra calo,  
Seu diem flamma reuehant Eoa,

Occupant muros scelus, & mouentes  
Omnia lites.

Vis, nefas, rixa, dolus, & cupido  
Omnibus sedem posuere vicis:

Et sitis flagrat calefacta magna  
Fauoris astu.

Si quis

## PSALM. LV. 103

Si quis afferret maledicta coram,  
Aut caput ferro peteret, sterissem

Forjan: aut seuum fugerem latendo  
Territus hostem.

Cruda nunc infert homo notus arma,  
Particeps mentis, laris, atq; mensae:

Sape qui mecum comes in Tonantis  
Venerat adem.

Quid pio in mores precer ore tales?  
Mors necaturis veniat sagittis,

Et nigro tellus patefacta viuos  
Sorbeat Orco.

Ecquid atrocis meruere poena,  
Qui dolos omnes aluere tectis,

Dulciter fraudem gremio fouentes  
Instar alumnae?

At meo supplex ego more numen,  
sive cum prodit, medione calo

Errat, aut currum laxat occidentis  
Lucifer vnda:

Vt manum sesso mihi det, rogabo.  
Annuet, vitam redimet periculis:

Nec trahi victum feret à su perbis  
Millibus vnum.

Audiet vocem pia deprecantem,  
Mentis elata reprimet tumorem:

Sauit aeternis ita qui gubernat  
Secula frenis.

G 4

Non



104 PSALM. LIB. II.

Non enim vitam semel obstatam  
Impij mutant, neq; numen horrent:

Iuris obliiti benefacta rupto  
Fœdere pensant.

Lacteo blandum nimis ore funtur,  
Meme retractant sed acuta bella:

Vtq; se nudant, iaculantur acres  
Spicula linguis.

Cœlitum fido tua crede Regi,  
Ille defensum dabit, & caneabit,

Ne pius rerum vario suarum  
Fluctuet astu.

In scrobem pranos ages astuosam,  
Cœdis, & fraudis cupidos, senecke

Inscios tollet, mihi sed Tonanti est  
Fidere certum.

PSALM. LVI.

Miserere mei Deus, quoniam  
conculcavit.

**M**iserere Genitor, nam tyrannus insolens  
Me calcat ad fastidium.

Fatigat armis continenter: oribus  
Hostes hiant fementibus.

Bellantur aucta virium potentia,  
Feroctiores amali.

Non ex-

PSALM. XLVI. 105

Non exuissem nocte, vel die metum,  
Nisi aduisisses anchora.

Per te resisto fortis, & meis tua  
Promissa canto laudibus.

Te fetus vno nil tremisco virium  
Formidines mortalium.

Interpretantur dicta nostra pessimè:  
Extrema vita cogitant.

Coeunt in vnum se cauernis occultant:  
Notant ferar quo gressibus.

En vt libido captat hanc animam ferox?  
Calumnias aquisissima

Qui lance pendis vltor, intactam fines  
Hanc ire contumeliam?

At vindicabis, quando gentes integras  
Obfacta perdis impia.

Mea recensens tu fugæ pericula:  
Tu condis vna lacrymas.

Et in tabellis damna scribis omnia,  
Ne sis laboris immemor.

Cum me rogante terga fusi verterint  
Hostes metu pauentia:

Tunc confitebor esse praesidium meum,  
Te Numen ô sanctissimum.

Promissa iure laudo rex Diuum tua,  
Tuæq; fido dextera.

Qua fretus vna, nil tremisco virium  
Formidines mortalium.

G 5 Qua



106 PSALM. LIB. II.

*Que nuncupari vota reddam, plurimis  
Sed auctiora gratis:  
Te liberante fosses, & resistis  
Te dante firmis integer,  
Tuaq; facessam iussa, dum me spiritus  
Vitalis aura fouerit.*

PSALM. LVII.

*Miserere mei Deus, miserere  
re mei.*

**S** *Aucte. Deus miserere, tuo de numine pendet  
Animus spe fretus amica.  
Alarum pennis timidum me absconde tuarum,  
Dum detonat ira tyranni.  
Regnantem stat clara Deum super astra ciere,  
Mea qui bonus acta secundat.  
E caelo veniens ultor dabit irrita probro  
Inimici vt vota ferantur.  
Ille fide insignis, pietateq; notus ab alto  
Qui liberet ethere mittet.  
Vidit vt in media viuam regione leonum,  
Quorum formidine turbor.  
Huic hominum soboli sunt arma & spicula ceter,  
Gladus verò impia lingua.  
Erige te Genitor super aurea culmina cali,  
Lustret tua gloria terras.*

*Tenta-*

PSALM. LVIII.

107

*Tentauere meas laqueis inuoluerè plantas,  
Sensit mens obruta fraudes.  
Insecuere viam fossis, & hiatiibus, ipsi  
Lapsi tamen ante ruerunt.  
Leta mihi trepidis saluunt hinc ilia fibris,  
Tibi vindex carmina dicam.  
O chelys, vnde mihi fuit olim fama canendi,  
O nabilia surgite mecum.  
Ante diem referat tacito quam Lucifer orbi,  
Montesq; Aurora renudet,  
Voce canorus ego, & dulci testudine gentes  
Dicam tua facta per omnes.  
Vt tua nempe fides caput vltra nubila tollat,  
Bonitas trans aethera surgat.  
Erige te Genitor super aurea sidera cali,  
Lustret tua gloria terras.*

PSALM. LVIII.

*Si verè vtique iustitiam lo-  
quimini.*

**S** *Ius ab alta sede minoribus  
Legum seueri dicitis arbitri:  
Ne gratiosum, ne potentem,  
Iustitia sed amate causam.  
Iniuriosam pectore callidi  
Iniquitatem quid meditamini?*

*Quid*



108 PSALM. LIB. II.

Quid prava honesti vos amictu  
Induitis, quid honesta pravi?  
A lacte matris iam sedet improbis  
Syncera veri castra relinquere:  
At vanitati militare  
De tenero mediantur vngue.  
Qui virulenta cuspide sanciant  
Linguae cruenta, ceu fera vipera:  
Ceu mordet, ambas qua Magorum  
Carminibus negat Aspis aures.  
O frena mundi qui regis impio  
In ore dentes contere liuidos:  
Horum voraces & leonum  
Frange manu valida molares.  
Labentis annis ceu liquor effluant,  
Mittant sagittas at sine vulnere,  
Pennata coram tela fracto  
Ante pedes iaculentur arcu.  
Limacis instar solibus affluent,  
Vt partus aluo mortuus occidant,  
Prius sepulti quam coruscos.  
Aspiciant orientis ignes.  
Spinae priusquam brachia roborent  
Vestra, ite casti noxia femina:  
In flore primo vos Tonantis  
Ceu rapidis cremet ira flammis.  
In cede latus vir pius impij,  
Annem videbit sanguinis, aspera

Testem

PSALM. LXI. 29 109

Testem vltionis, ceu rapacem  
Sub pedibus celerare riuum.  
Fandi, & nefandi conscius asseret,  
Sic est, honestis premia diuidit,  
Penas iniquis, Rex Olympi:  
Qui meritis sua iura librat.

PSALM. LIX.

Eripe me de inimicis meis.

**M**E Rex alme feris hostibus eripe.  
Crudeles inhibe, fortiter emulos:  
Hoc sumptis caput armis  
Qui certant dare funeri,  
Illorum è rabidis vnguibz asserere,  
Quos assueti malo pascit iniquitas:  
Cedis quos amor vrit  
Promptos fundere sanguinem.  
Me circumpositis retibus ambiunt,  
Vno terribiles agmine sauiant:  
Insontem Deus vrgent  
Vt nosti, sine crimine,  
Pro me surge Parens hostibus obuius,  
Nutu bella tuo qui regis arbiter:  
Et res mente bonorum  
A Equo prouidus aspici.

Gente



110 PSALM. LIB. II.

Gentes vise grauis, nene nocentibus  
Indulge scelerum debita mitior:  
Culpas exitiales  
Iusto supplicio luant.  
Ad seri redeant lumina vesperis.  
Impasti; canum more vagantium  
Latrantes, & hiantes  
Vicos vrbs obambulent.  
Ferrum terribiles, praelia sanguinem,  
Ignem voce tonant: esse nec auribus  
Quenquam ventur apertus,  
Ipsos testis vt audiat.  
Tu qui cuncta vides altius ab aethere,  
Eludes rabiem desipientium:  
Vertens in nihil vltor  
Gentes ocys impiis.  
Te murum sed ego non penetrabilem  
Opponam validis viribus hostium:  
Arcis nam mihi solus  
Restas instar aheneae.  
Defensor venies ante pericula,  
Energisq; frui me dabis amulis:  
Sed ne funditus vna  
Omnes clade reuellito.  
Rem tantam populus ne meus obrui  
Obrepente ferat nube silentij.  
Illos omnia tantum  
Per terra sola dissipa.

O 200

PSALM. LIX. 111

O nostrae clypeum gentis aheneum,  
Ob lingua tumidum pestiferae scelus,  
Ac elata furentis  
Passim verba superbia:  
Sacramenta dolis irrita callidis,  
Veri rupta malis vincula fraudibus:  
Captos feruidus ira  
A radicibus erue.  
Clare tunc Oriens noscet, & Occidens,  
Proles ritè Deum, quem colit Isaci,  
Frenis esse potentem  
Iustis omnia flelere.  
Ad seri veniant lumina vesperi  
Impasti, rabidi cen redeunt canes:  
Latrantes, & hiantes  
Vicos vrbs obambulent.  
Quarant vnde famem viscera morsibus  
Torquentem satient, inueniant nihil:  
Insomnes vt agendo  
Noctis tempora, murmurent.  
Latis interea vocibus esseram  
Orte à principio lucis ad Hesperum  
Te firmam Deus arcem,  
Et Patrem facilem bonis.  
Duris temporibus perfugium meae  
Vix dulce canam: namq; benignitas  
Praesens me tua sonit  
Rebus semper in a speris.

PSALM.

PSALM. LX.  
Deus repulisti nos, & destruxisti nos.

**E**xpulsos fractosq; Deus, torrentibus ultor  
Exercuisti nos malorum suelibus.  
Sed tandem posita redieris, & blandior ira,  
Sanaq; tactu nostra blando vulnera.  
Te quotiente solum subsidit hiatibus: exple  
Terra profundos excavaute gurgites.  
Dura tua coram statuisti gente, pavoris  
Cui hauriendum praeuisti pharmacum.  
Signa tamen Genitor diuina celerrimus effere,  
Quae te colentes in seculi, si benient  
Deiectos animos, visq; ad lumina veri  
Ipsi fugati sospitentur hostibus.  
Eripe nos, olim quos es dignatus, amicos,  
Et aure blandus annue inuocantibus.  
En Deus è sanctae fatur penetrabilis aulae,  
En leta vultu iam serenus annuit,  
Felicem Sichimam tibi parti, r' vberis arui,  
Vallem Socothi nobilenti demettat.  
Est Galadæa mihi, Manafca est subdita tellus:  
Mei Ephrainam est verticis custodia.  
At Indæ de stirpe mei gens regia sceptri:  
Nostris Moabi terra seruit balneis.

Fictor

**F**ictor Idumæam pedibus dimittar oram:  
Obtemperabit gens Palestina mihi.  
Ardua turris quis ducet in oppidi muris?  
Quis vsq; Idumen? Alme tu duces Parens.  
Nuper agi, ferriq; tuos ob crimina passus,  
Ad prima non iam signa dux, vt antea.  
At nunc asser opem, fugiamus vt assera rerum:  
Spes est, caduca freta nostris viribus.  
Fortia te belli tentabimus auspice facta,  
Et qui minantur saua nobis, conteres.

## PSALM. LXI.

Exaudi Deus deprecationem  
meam.

**A**terne Parens accipe blandus  
Quas fundo preces: quæstibus aures  
Non difficiles aduerte meis.  
Te namq; soli finibus exul  
Appello Deum, dum timor egram  
Animam curis turbidus vrget.  
In sublimi vertice rupis  
Me pone tuum. Spes mihi solus  
Vnica restas, & firma graues  
Turris in hostes. Quæ vela tua  
Maiestatis conscia tendis,

H

Omnia



## 114 PSALM. LIB. II.

Omnia praesta secula viuam:  
Totusq; tuis protegar alis.

Cum tua supplex numina posco  
Bonus attentam porrigis aurem:  
Teq; timentis gentis habenas  
Pollente facis tractare manu.

Regis ad annos adiciis annos,  
Ac noua metis secula nullis:  
Vt perpetuum te ritè colat.  
Illum bonitas, ac alma fides  
Semper habebunt. Sic ego dicam  
Te carminibus, dum frena regit  
Sol purpureus lucis, & umbra:  
Et vota feram gratius ad aras.

## PSALM. LXII.


Nonne Deo subiecta erit ani-  
ma mea?

Nonne Dei valida spe mens fundata quiescet,  
Alma salus rebus si venit inde meus?  
Est mihi si numen, si robur, & aenea turris:  
Nullus erit moueat qui mea corda timor.  
Vos hominem totis quo viribus vsq; tyranni  
Pergitis in stygia mittere iura domus?

Perga-

## PSALM. LXII. 115

Pergama vos senio velut inclinata ruetis,  
Aut fragili moles edificata luto.  
Surgere vidistis sed non tulit amulus ardor:  
Deq; gradu infontem pellere cura fuit.  
Coram vana meis impletis laudibus ora,  
Damna sed orastis pessima corde mihi.  
Tu tamen in Domino mens è fundata quiesce,  
Alma salus rebus nam venit inde tuis.  
Ille salus vita, nota est & gloria fame:  
Et nunquam ex ilij spes obitura mei.  
Hunc sperate Deum, qui caeli percussit auras,  
Nubila seu fuerit, candida sine dies.  
Illi animi curas, illi memorate labores:  
Qui iuuet in duro tempore solus erit.  
At vires hominum, cocant licet omnia regna,  
Nomina ventosis sunt lentiora Notis.  
Hac Zephyros, illa mortalia robora lance  
Pone, sua Zephyri robora mole prement.  
Fidite ne sceleri, neue indulgete rapinis:  
Quin animo parte ne dominantur opes.  
Est semel Omnipotens sacro Pater ore locutus,  
Quod tamen acceptum non semel aure, canam.  
Se facilem miseris, numen tamen omnibus aquum:  
Vt, bene qui fecit, qui malè iusta ferat.



H 2

PSALM

PSALM. LXIII.  
Deus Deus meus ad te de lu-  
ce vigilo.

**P**rima rubet orto cum mane crepuscula, surgo,  
Ut finar alloquar o Pater alme tuus,  
Te desideris mens ista fidelibus ardet:  
Milleq; te stitunt viscera nostra modis.  
Qua deserta siti regio caret in iua lymphis,  
Exul amo sancti limina diua loci.  
Qua tua maiestas, qua sacra potentia seruat,  
Qua decorat sanctis gloria magna tuis.  
Non tum vita mihi est, tua qua clementia dulcis:  
O mea te meritis laudibus ora sonent.  
Te dum spiro canam, te llesq; ad sidera palmas,  
Præco tui semper nominis vnus cam.  
Non tam lauta iuuant d. f. el. as prandia vires:  
Est tua quam mentis laus alimeta meæ.  
Te memor in noctem recolo, portumq; salutis,  
Dico renascentem pernix ante diem.  
O quam dulce mihi trepido latuisse sub alis,  
Et foto plumis intepuisse tuis,  
Hic mens haret amans, curarum in nescia vinit:  
Quippe tua sultus sto gradiorq; manu,  
Insidias vani ponunt conatibus hostes:  
Ipsi regna petent inferiora soli.

Acci-

Accipient rigidos caesis cernicibus erases,  
Membra feris linquent trunca voranda lupis.  
Rex Domino grates ager exhilaratus amico,  
Et quicumq; Deum religiosus amat.  
Mendaces tacitis inuita silentia linguis  
Quod sua despiciant irrita vota, prement.

PSALM. LXIV.  
Exaudi Deus orationem  
meam.

**S**upplices audi Pater alme voces,  
Hostium duras trepidantis iras:  
Ne manus saue timeam cruentas  
Effice turba.  
Arma conuentus fremere magni,  
Quos iuuant caedes, & iniqua facta:  
O Deus, quando potes, innocentem  
Protege vindex.  
Ceu feros enses acere linguas,  
Verba tendendo veluti sagittas:  
Mentis vt pura tacito necarent  
Vulnere iustum,  
Nec manus, nec mens scelus horruissent,  
Esferi postquam stygio furore  
Impia secum statuire dextras  
Tingere cade.

H 3

Iamq;



118 PSALM. LIB. II.

Iamq; motati loca destinatis  
Retiis nodis sinuosa, dicunt,  
Perspicax ecquis litigare fraudis  
Arma videbit?

Quicquid inuentis potuere prauis,  
Conferunt acres studiis in vnum:  
Quisq; de fundo nociturus artes  
Pectoris haurit.

Sed potens arcu Deus & sagittis,  
Figet hos, tanquam pueros nec armis  
Vim repellentes, neq; deprecantes  
Vulnera linguis.

Magnus inuadet metus intuentes,  
Vt cadant vulgo iaculis perempti:  
Nec laceffendas animis putabunt  
Numinis iras.

At Deum canti sapienter ore  
Efferent, iuste tumidis iniquum:  
Semper infenes minime ferentem  
Ire superbos.

Hac Dei gaudens probus aequitate,  
Spes alet certas, & amica curis  
Turba synceris, aget alta læta  
Ocia pacis.



PSALM.

PSALM. LXV. 119

PSALM. LXV.  
Te decet hymnus Deus in Sion.

**T**E parens rerum sacer alme cantet  
Qui Sionem decet hymnus urbem,  
Dum tibi votis Solymi obligatas  
Ponimus aras.

Supplicum voces quia blandus audis,  
Qua vagi mundum rota Solis ambit,  
Hac tuum casta prece numen ibunt  
Flectere gentes.

Criminum tortis agitatur vndis,  
Et superfluum tumulasset æquor,  
Ni serenasses vena fauenti  
Sidere fluctus.

Quem tibi carum legis, o beatam:  
Nam loco iunctum propiore pones:  
Et tui felix habitabit aulam  
Accola templi.

Nos tua ingressos recreabit ades,  
Nempe caelestis domus illa formæ:  
Æquitas factis tibi sancta miris  
Limina seruat.

Nos salus rerum miseratus, audi:  
Spesq; terrarum Deus vltimarum;  
Et maris, longè tumidum sonora  
Qua fremit vnda.

H 4 Tu po-



120 PSALM. LIB. II.

Tu potens alios stabilire montes,  
Sana compeſcu freta, ſi tumeſcunt:  
Aut ſono contra requiera magno  
Aequora tollis.

Se ſua gentes feritate turbent,  
Signa cum caelo dederis, quieſcent:  
Solis occaſum recreabis, idem

Luminis ortum.

Cum ſolum ſindit calor aſtuofum,  
Humide grata vice nubes implet:  
Et in bes latis noua parturire  
Semina fundis.

Labitur ripis tibi pienuſ annis,  
Vt ſinus terra penetrante lymphæ,  
Rideat mater ſoboli datura

Pabula riuæ.

Tu ſoles vnda ſatiare ſulcos:  
Tu ſatas glebis animare fruges:  
Tu laborantem reſouere molli  
Imbre colonum.

Floribus pictæ ſimilem coronæ  
Annui ducis ſpatij labore:  
Et tuo campos ſpecioſa dono  
Copia veſtit.

Vberem ſundunt loca ſola paſtum,  
Geſtiunt colles, riguaq; valles:  
Hic greges alias avidi per herbas  
Paſcua rudent.

Vota

PSALM. LXVI. 121

Vota flauentes ſegetes coloni  
Meſibus vincunt trepidantiſ Euros,  
Vnde te cantat, cumulata poſtquam  
Horrea claudit.

PSALM. LXVI.  
Tubilate Deo omnis terra.

Qvi terra incolitis ſines, Dominoq; Deoq;  
Age dicite carmina lati.  
Eius in aſtriferum concentibus æthera laudes,  
Ferie vltra ſidera nomen.  
Dicite: Sancte Pater, quantum formidinis orbi  
Pauido tua facta tulerunt.  
Attonitos hoſtes mendacibus hiſcere linguis  
Tua magna potentia fecit.  
Machina te curæ ſupplex telluris adoret,  
Nomenq; attollat in auras.  
Facta venite Dei perpendere maxima gentes,  
Noſtra quibus ille ſaluti  
Proſpiciens, fecit pelago vada ſicca remoto,  
Et apertas fluminis vndas  
Miratum pedibus tranare arentibus agmen.  
Aeternum temperat orbi:  
Luminibus curas hominum metitur acuis.  
Prohibet ne credula ſomnis

H 5

Gens



122 PSALM. LIB. II.

Gens oblita poli, votorum lata triumphet.

Age nostrum dicite numen

O populi, quantum numeris, & voce potestis,

Resonent praeconia laudum.

Nos lethi eripuit miseros crudelibus umbris,

Gressu stabilini euntes.

Nos explorasti per seua pericula rerum,

Cen flamma examinat aurum.

Duxisti in laqueos, onerasti dorsa catenis:

Humis equitare dedisti

Impositos homines: Infanda per ignis, & vnda

Tandem discrimina recti

Te duce frugiferae campis requievimus ora.

Ideo tua templa revisam.

Incendam pecudes: voti reus omnia sanctis

Promissa altaribus addam.

Illa meo nuper quae voti scilicet ore,

Tot circummensus ab vndis.

Pinguis alet sacras aries tibi victima flammis

Hirci, cum thure iuveni.

Qui Dominum colitis properate, en aurea dicam

Mihi quae bonus ocia fecit.

Illum quo potui venerans clamore vocavi,

Et laudans ora resolu.

Mentem, sponte mala fuerit si conscia fraudis,

Non audiet ille querentem.

Me tamen orantem facili Pater adspicit ore,

Advertens blandior aurem.

Laud

PSALM. LXVII.

123

Laud tibi sit Genitor, prece qui lenitus in arcto

Nunquam me tempore linquis.

PSALM. LXVII.

Deus misereatur nostri.

Orbis alme fabricator  
Nos serenus adspice.

Prospera ridentis anni

Fructuosam copiam.

Sparge letiora vultus

Gratiosi lumina.

Nota sit ad te parentem

Qua venitur semita.

Expetita Gens salutis

Vadat omnis particeps.

Efferant te predicantes

Orbis omnes incole.

Gaudio pleni triumphent,

Te videntes arbitrum

Iuris aqua qui silentem

Lance mundum ponderas.

Efferant te predicantes

Orbis omnes incole.

Terra quondam parca, Fructus

En suo iam germinat.

ris



124 PSALM. LIB. II.

Sit Deus, Deus sit ille  
Noster exorabilis:  
Sit Deus benignus anni  
Vilitate fertilis.  
Et tremiscant nomen eius  
Orbis omnes incolæ.

PSALM. LXVIII.  
Exurgat Deus, & dissipentur  
inimici.

**S**Ancte Patres exurge, vagos fuga dissipet hostes,  
Formidoq; tui pauidos agat æmula vulsus,  
Qui rerum Dominum te mente odere maligna.  
Fumus vt afflatu spirantis deficit aura,  
Ceraq; supposito tepescitla vt liquitur igne:  
Irradiante Deo sic gens scelerata fatiscet.  
Iusti autem velint celebrent conuicia, coram  
Numine leta fremant. Age puri cœmina magno  
Pangite gratia Deo, cantuq; attollite nomen.  
Vos illi munite vias, qui Solis ab Ortu  
Occiduo versat cel. rem sper æthere currum,  
Et nomen Dominantis habet. Gaudete frementes  
Eia p̄j: è celo quoniam mortalia curat.  
Ille fouet gremia pueros genitoribus orbos,  
In viduasq; animo iustus sedet arbiter æquo.  
Ille tenens solium stellis radiantibus aptum,

Maren-

PSALM. LXVIII. 125

Marentes sine prole, facit sobolescere tadas:  
Vincula captiuus cernicibus arca demit:  
Et populis vindex habitata rebellibus arua,  
Mutat in arenes glebas sitientis arene.  
Alme tui castris populi cum signifer ibas,  
Per deserta siti, & nullis cultoribus arua:  
Terra nouo tremuit penitus conterrita motu,  
Sudauit pauidus formidine numinis æther,  
Et iuga fumantis trepidarunt algida Sina.  
Ille soli faciem pluuiatibus irrigat vndis,  
Defessos iterum renouans ad semina campos.  
Hinc alit irrigui pratis animalia feni,  
Hinc miseris inopum tot sufficit horrea turbis.  
Cum trepidant gentes, cū bella minacia trahat,  
Ille regens acies, & tristia nutibus arma.  
Ad cantum & choreas dabit argumenta puellis,  
Scilicet vt fugiunt Reges, vt castra relinquunt,  
Vt pauci spoliant multos, & saepe quieti  
Lata domum referunt bellorum præmia ciues:  
Vos tripodas quamuis inter iaceatis abenos  
Ferte p̄j. Veniet tempus, quo lucis honorem  
Splendentem latè dabitis, cœu sole columba  
Aduerso niveis argentea visitur alis,  
Et dorso rutilans auri volat æmula fului,  
Quando triumphatos Deus arcta in vinela tyrannos  
Misti, in alta suos tunc sidera vexit amicos.  
Et prius in tenebris positi, nitere micantes  
Æreus Selmon nivo cœu vertice candet.

Sip



## 126 PSALM. LIB. II.

Sit Bassan mons ille ferax, stellisq; minetur  
Ardus, & riguo lactis suat viduus amne:  
Qua tamen inuidia monti contendere montes  
Audent, quem numen amat? certamq; futurum  
Quem sibi delegit ventura in tempora sedem?  
Ille tot alatis equitum se millibus effert,  
Tot currus, aciesq; trahit. Nunc ardua sine,  
Nunc sua templa subit. Iam victor in aethera tēdū,  
Captiuosq; greges tecum per inania ducis,  
E caeloq; fones populos, donisq; secundas.  
Ignarosq; Dei, pietatis ad arma reducis:  
Vnde habitare domos, hominumq; videberis vrbes.

Nos idē, quoties aperit Sol flammens orbem,  
Te Dominum canimus, qui nobis a quore tutum  
Lato pandis iter, donasq; salutifer auras.  
Tu potes exanimos animare, & ferrea diri  
Ostia defunctis iterum recludere lethi.  
Cuiuscumq; tamen franges caput, asper in hostes,  
Pascentis vacuas animis insensibus auras.

At Genitor dixit, Bassanis saltibus hostem  
Eripiam, & pelagi renouabo exempla rubentis.  
Vt tuus effuso rubeat pes sanguinis amne,  
(O animi gens pura ride) canibusq; malorum  
Per medios iaceant lambenda cadauera vicos.

Hec olim videre Pq̄, cum clarus habebas  
Rex idem, numenq; mihi, tot rebus honorem,  
Cumq; triumphalis cepisti insignia pompa.  
Ibant arguta primi qui voce canebant,

Quiq;

## PSALM. LXVIII. 127

Quiq; dabant calamis, citharisq; tubisq; sonorem.  
Tunc circumfusa plausu fremitūq; puella  
Intermissa cauis addebant tympana sistris.

Hunc celebrate Deum Iacobi ē sanguine creti,  
Scilicet egregie primaeo in flore iuuenta,  
Qui placido fruitur somni Benjaminus astra.  
Tum Iude de stirpe duces, primiq; virorum  
Quos Zabulon misit, quos Nephthalinus in auras.

Rex, tibi constituit Genit or Deus addere robur:  
Hoc agat, & donum promissum numine firmet.  
Sic vigeat maior Solymei gloria templi,  
Certatimq; ferant alij donaria Reges.

Tu populos agita pharetra, iaculisq; minaces,  
Quiq; ruunt veluti sortes in praelia Tauri,  
Aere patiscentes quicquid fert alea belli.  
Fūde manu populos, quorum fremit arma cupidus:  
Oratum veniet Pharij gens accola Nili,  
Aethiopesq; ferent manibus tibi dona supinis.

Regna per humentes terrarum condita fines  
Voce, lyraq; Deum cantate in sidera reclusum,  
Surgentemq; super stellas Orientis ab ora.  
Ille suae imperio, qua vult, facit omnia vocis;  
Vos illum citharis, vos tollite laudibus illum.

Cuius in Isacidorum maiestas stirpe resulget  
Nubibus, & caelo toties manifesta sereno.  
Sancti dira loci quam sit venerabile numen  
Religio factis aperit caelestibus. Ille

N4m



Nam Deus Isacidis vires, animumq; ministrat.  
Ora cui aeternas dicant vocalia laudes.

PSALM. LXIX.  
Saluum me fac Deus.

**E**Ripe sancte Parens, tempestas fluctibus vndat,  
Et mihi letheae penè bibuntur aquae.  
Hæreo fixus humi, nimitus quam diluit humor,  
Est vbi durati copia nulla soli.  
Veni equidem pelagi delatus in ima profundi,  
Nam fera ventosi sorbuit ira freti.  
Dum miser auxilium magnis clamoribus oro,  
Debilis in rancore consistit ore sonus.  
Lumina desciunt dum spectant ardua cælum;  
An Deus oratam ferret amicus opem.  
Cæsaries capitis non est tam densa capillis,  
Quam mouet hostiles amula turba minas.  
Immeritoq; calens odij furialibus instat,  
Et quæ non rapuit soluere furta iubent.  
Scis, Pater, vt vita fuerit mihi candor amoris,  
Effugiunt oculos non mea facta tuos.  
Quære age ne rubeant, tua querere inissa volentes,  
Res ita despiciant cum occidisse meas.  
Aspera te propter toleraui opprobria mutus,  
Tristia signauit decolor ora pudor.

Era

**E**rubescere sua genitum me sanguine fratres,  
Et miser in patria versor vt exul humo.  
Hæc fero, quod rerum succendor amore tuarum,  
Probraq; te contra, me quoq; iacta reor.  
Sine dolens habui vacua ieiunia mensæ,  
Id fuit opprobrio, ludibrioq; mihi.  
Hispidæ seu rigidis sumpsit velamina setis,  
Hac etiam populo fabula veste fui.  
Illudere senes portarum ad limina: risit  
Me calices inter turba iocosa suos.  
Quid faciam? tristes animi tibi defero curas,  
Et precor auxilij tempus adesse tui.  
O bonitas audi, quæ sine coercita nullo es,  
Alme tua dextram nunc mihi tende fide.  
Eripe ne mergat luteo niger æquore turbo,  
Ne ferat arbitrio gens inimica suo.  
Nubila turbati ne differat ira profundi:  
Ne glomeret tortos me super vnda sinus.  
O Pater ingenio pronus miserescere, jessum  
De supero tantis axe tuere malis.  
Ne bonus à seruo vultum implorante retorque,  
Quam peto cum lacrymis ocyor asser opem.  
Respice, & hanc animam mucronibus eripe gentis,  
Ante sit interitus quàm satiata meo.  
Alme tui genitor quàm fæda opprobria, nosti:  
Et tremula quoties erubescere gena.  
Ante tuos oculos hostes, iniuria, probrum,  
Est ignominie plaga dolenda mea.

I

Qui



130 PSALM. LIB. II.

Qui meâ defendo sentiret vulnera mecum,  
Solando nemo quâue leuaret, erat.  
At qui selle dapes scirent medicare, fuerunt:  
Quiq; darent acidi pocula dira meri.  
Ergo ubi crediderint conuiuia, funera cernant,  
Accipiant quales apposuerunt cibos.  
Exitiale sibi videant consurgere bellum,  
Conuiuantis ubi fœdera pacis erant.  
Aeterna amittant oculos caliginis umbra,  
Incuruo aspiciant corpore semper humum.  
Funde super meritos tua quâ bene fulminat ira,  
Deprensos agili concremet igne furor.  
Nec deserta colant hominis tentoria viui,  
Alta ruinosas sed tegat herba domos.  
Nam tua percussit quem dextera sanius urgent:  
Et probris argenti vulnera facta suis,  
O sine criminibus factis noua crimina iungant,  
Iustitiæ possint nil ut habere tua.  
Exime de tabulis illorum nomina, seruane  
Quæ bona post obitum non obitura, pijs.  
Aeger, inopsq; tua video si dona salutis,  
Te citharæ fidibus, te Pater ore canam.  
Hæc vitulo fuerit incundior hostia, cornu  
Qui feriat, pedibus profubigatq; solum.  
Hæc videant mites, pandantq; in gaudia pectus,  
Nam incunda Deum vita colentis erit.  
Ille suos inopes audit, bonus adspicit illos,  
Vincula pro causa qui pietatis habent.

Ergo

PSALM. LXX. 131

Ergo canant illi tellus, Polus, æquora landem,  
Quæ a calo, & terra, quæq; regantur aquis,  
Incolum tutam seruabit pace Sionem,  
Et nona per Iudæ mania toller humum.  
Hic dabit Isaculum letos habitare colonos,  
Cultaq; pignoribus tradere rura suis.  
Et nati accipient ab auorum stipe minores,  
Rite colant vera qui pietate Deum.

PSALM. LXX.

Deus in adiutorium meum  
intende.

**H**æc ades rerum Pater, à malorum  
Vindica tractum violenter, rudis:  
Vt tua serues ope, curre sumptis  
Ocyor alis.  
Qui meæ querunt anima ruinam,  
His rubor turpi linat ora fuco:  
Palpitent cæci tremefacta nervo  
Corda timoris.  
Sua qui fessio mihi moliantur,  
Irritum mæsti doleant laborem,  
Et metu plantas celerante, raptim  
Signa reuellant.  
Terga confusi iaculanda vertant,

12

Qui



## 132 PSALM. LIB. II.

Qui fremunt lati, quoties meorum  
Temporum magno subeunda sensu  
Vulnera cernunt.

Gaudio iusti potius triumphent,  
Qui tuam sperant cupide salutem,  
Rite clamantes, tibi sit perenni

Gloria cursu.

Scis opes huius tennes egeni,  
Pauperis nosti leue robur huius:  
Diues o rerum, validusq; fractum  
Viribus auge.

Es meum numen mihi hospitale,  
Es mea certus clypeus salutis:  
Te Parens vna mora ne retentum  
Differat hora.

## PSALM. LXXI.

In te Domine speravi non confundar, &c.

**T**ibi credidisse spem beato calitum  
Rex ne pudori sit, vide.

Memor aqutatu at tua me vindica,  
Aurem q; tende questibus.

Mihi esto rupes euolanti peruia,  
Et portus in quo liberer.

Nam tu salutis ara, tu vitæ es meum  
O alme propugnaculum.

Eripe

## PSALM. LXXI.

133

Eripe nocentis à manu, grauissima  
Exlegis à tyrannide.

O spes ab annis primulis, fiducia  
Ab vngulis infantie.

A matris aluo nitor in te, nam mihi  
Es inde tutor vnicus.

Te laude semper efferam, ostentum licet  
Appaream quam plurimis.

Et ad ferenda damna vi mirabili,  
Sed te iuuante pradtus.

Idèò tuarum voce plena gloriam  
Laudum perenne concinam.

Diesq; toros præco magnitudinem  
Tui sonabo numinis.

Ne me relinque sub senectæ languidum,  
Marcente vi ne desere.

Sic namq; secum destinauit factio  
Meum coacta in verticem.

Ope destitutum numinis prehensite,  
Nullo tuente vindice.

Tu ne recede longius, sed impetum  
Depelle, quando secerint.

Pudor retentet, frangat imbecillitas  
Enerne corpus hostium.

Malaq; parantes oblinat coloribus  
Affusa contumelia.

Hanc spem fouebo semper, antiquis nouam  
Addendo laudem laudibus.

I 3

Sem-



134 PSALM. LIB. II.

Semperq; d. cam irris a qui principem,  
Fontem salutis unicum.  
Illamq; nullis comprehensam litteris,  
Aut terminis clementiam:  
Et vim potentem iusta factis premia  
Bonis. m. isq; solvere.  
Ab inchoat a me iuuenta limine  
Cantare falsa gentibus:  
Tua docuisti nunc sen. et a in plimo  
Ne da silere termino:  
Donec futuris seculu narrauro  
Robur tua potentis.  
Et equitatem. que vapi prateruolat  
Arces olympi flammeas.  
Quis alme ricum eo. f. ret. mors alium  
Numen profanus alierum?  
Sic te volente dara vidi. viderim  
Vt erigente prospera.  
Haustum profundo gurrite. in cali in bar  
Rursus tui. si amabile.  
Tua addidisti murepa indulgentie.  
Placatus ad solatia.  
Mibi ergo da. lci iam caneris nablo.  
Fidem tueri nobilis:  
Abramid. rum numen. & sanctissimum  
Diceris usq; barbito.  
Te vox canendo. spiritus te gaudio  
A morte raptus efferec.

Diesq;

PSALM. LXXII. 135

Diesq; totos lingua contestabitur.  
Veriq; & a qui vindicem.  
Meos quod hostes irritos dimiseris  
Nota pudoris oblitos.

PSALM. LXXII.  
Deus iudicium tuum Re-  
gi da.

**R**ex equitatem. qua regis omnia  
Hanc sancte Regis sensibus imprima:  
Tuaq; proles Regis alium  
Iustitie decus amuletur.  
Vt plebis aequus pectora temperet;  
Causas egeni protegat integer:  
Ac anteponat iustiori  
Diuitis inopem superbis.  
Fronde montes vertice nobiles  
Pacis ministrent dona minoribus:  
Exempla colles equitatis  
In populo generosi figant.  
Cum iudicaris. pauperis erigat  
Stirpem iacentis. legibus. etnas  
Idem seueris. molientes  
Iudicium temerare fraudes.  
Hunc gens timebit postera vindicem  
Dum nota viset sidera Lucifer.

14

Li



## 136 PSALM. LIB. II.

Et multiformi Luna curru  
Noctiuagos moderatur ignes.  
Ceu flagitatus vellera molliter  
Humectat imber, gemma recreat  
Vt gutta blandi roris astum  
Puluerem sitientis arui:

Terris amicum proferet AEquitas  
Sic orta vultum: pacis amabile  
Sic immorantis curret anuum,  
Dum properat vaga Luna menses.  
Rex hic habenis imperij reger  
Hinc inde quantum circigitur equore:  
Quantumq; decurrunt ab ortu  
Ad tumidi maris arua riuu.

Illum ante pronus concidet Aethiops,  
Hostes in ipso puluere sordidi  
Vultum refizent, osculantes  
Quam pedibus premit ille terram.

Reges profundum qui trabe nauigant,  
Frenantq; vasti marmoris insulas,  
Aurum rependent, sacra thuris  
Dona ferent Arabes Sabai.

Et qui coronant se diademat,  
Curuato honorem proplere deferent:  
Illiq; gentes vniuerse  
Subycient famulare collum.

A vi potentum namq; tenebitur  
Infirmiore, ac opis indigos

Clemen-

## PSALM. LXXII. 137

Clemens lenabit, ne malorum  
Imparibus rapiantur vudis.  
Soluert ligatos compede scioris:  
Cedi vetabit per violentiam  
Trahiq; egeros, quos honorum  
Nominibus decorabit amplis.  
Rex quippe secum vinere pauperes  
Auri Sabai torquibus inclytos  
Donabit: illi laude Regem  
Afficient, humerisq; tollent.  
Messis opima per iuga montium  
Crescent in altum, statibus aeris  
Quae verberata tam sonabunt,  
Quam Libani crepuere frondes.  
Terraq; surgent vberis incole,  
Vt gramen agris nascitur herbidis,  
Quos fontis humor, vel cadentis  
Vrina rigat pluuiosa nubis.  
Sit nomen eius nobile cantibus,  
Quod est parentis Filius Optimi:  
Et iam vigeat Solis ante  
Quam nitida micuere flamma.  
Gentes beabit, gentibus inuicem  
Ex vniuersis aurea faustitas  
Ad eius immortale regnum  
Purpureis celerabit alis.

15

Abrami-



138. PSALM. LIB. II.

*Abramidarum quem domus vnicura  
Deum faterur, laudibus offerat:  
Quacung; rerum mira salum  
Nutu oculi fieri iubentem.  
Sanctumq; nomen numinis euhans  
A Eterna magni secula gloria  
Cuius per orbem fama pennis  
Latinagum spatata curret.*



I N

PSALM. LXXIII. 139



I N T E R T I V M  
LIBRVM PSAL-  
MORVM.

I N T E R P R E T A T I O P O E -  
T I C A L A T I N E .

PSALM. LXXIII.

Quā bonus Israel Deus ijs, qui &c.

**P**

*Vra tua servas quicumque sacraria  
mentis,  
Adversis ne cede malis: Qui sepe ni-  
grantes  
Depulit afflicta Jacobi a nave procellas,  
Te bonus incolumem dabit a torrentibus undis.  
Gressibus incautus abeuntem, & pene ruentem  
Me Domini tenuit bonitas, cum flamma medullas  
A Emula decoqueret, fontes quod pacis honore,  
Muneribusq; dies latos agitare viderem.*

Impia



## 140 PSALM. LIB. III.

Impia gens ergo successibus ebria, dixi,  
Nec curant obitum, nec lehi vincula, morbos:  
Sed mansura suis baredibus atria ponunt.  
Non hominum curas, non experiuntur acuta.  
Verbera, quae reliquis mortalibus ossa reseruant.  
Hinc tremulis illos afflata superbia ventis  
Abstulit, oblitos penitus caeliq; suiq;  
Nequitia spolys ac impietatis amictos.  
Postquam vota super teclis opulentia creuit,  
Indomiti venis quemcumq; Cupidinis ignem  
Accipiunt, animo, litiguisq; nefaria volunt.  
Astra se per volitant: nunc verbis numina danant:  
Nunc quemcumq; volunt per terras figere, figunt.  
Hac Domini populus secum tristissima voluit,  
Ceu diluta bibat liquidis absinthia lymphis.  
Tunc ait, humana gentis num cura fatigat  
Vlla Deum? Genitor num prouidus adspicit orbem  
Improbis en summis aequat laquearibus aurum,  
Securusq; poli mollissima tempora viuit.  
Tristis, egenus ego formidine pallidus Orci,  
In: assum videor me relligione piasse:  
Continuisse manus, asperissima quaeq; tulisse:  
Necdum Luciferi rumpente silentia noctis  
Obiecisse mihi commissa piacula flendo.  
Sic dicam res ire? pios ego dicere cogar  
Extremos hominum, quos tu tua pignora ducis.  
Insequor hinc causas aliter penetrare latentes,  
Irrita sed vacuum responsi cura reliquit.

Aurea

## PSALM. LXXIII. 141

Aurea cum veniam, Pater, in sacraria dixi,  
Cur sit vita malo incunda, miserrima iusto  
Amborum fuerit cum meta nouissima, cernam.  
Hec ubi: vidi equidem, vidi quam perfida lactet  
Prosperitas fontes animos. Sinis ire volantes  
Altius, vnde trahant casu grauiore ruinam.  
Miror ut e magna tantorum mole virorum  
Astra laceissentum vestigia nulla super sint.  
Quid loquar extinctos propter sua facta superbos?  
Et vacuae similes nebulae, spectrisq; fuisse:  
Quae dubia sub nocte metum, sub lumine risum  
Visa ferunt? ciues ergo timere minores,  
Nunc iidem veluti somni ludibria rident.  
Interea caco dum pectore lucis egebam,  
Arise felle dolor, mentem cura anxia torfit:  
Inscius obstupui, pecudisq; simillimus hessi.  
Sed tua desertor miles non castra reliqui,  
Quippe manum rector tenuisti o optime dextram,  
Et duce te scopulos cum laude, et nomine fugi.  
Quid sine te calum, tellus quid inhospita prodest?  
Deserat ossa vigor, lacerent praecordia morbi,  
Tu vires, animamq; mihi, tu lumina reddes:  
O mihi sola mei vitalia robora cordis.  
Heu qui te fugiunt, qui marmora numina sus-  
gunt;  
Et tecum viuunt, ceu qui connubia rumpunt,  
Quando tuis fixi iaculis extrema videbunt.  
Sat mihi te felix viuo, sat diues amico.

Cam-



142 PSALM. LIB. III.

Commissis spes alme fons, tua dicere facta  
Patribus accingar lectis, populoq; Sionis.

PSALM. LXXIV.

Vt quid Deus repulisti.

**H**osti Pastor oves cur negligis alme relictas?  
Gregemq; rasiat flamma cur furoris?  
O potius facta blandus reminiscere gentis,  
Tuo tibi quam iure vindicasti.  
Seruitio demptam Rex illam vt solus haberes,  
Et de Sionis arce temperares.  
Oppida disiectis fumantia respice muris,  
Contaminata sacra ruse Templi.  
Ecce tui lituis hostes cecidere canoris,  
Solemnitates vt tuas profanent.  
Signaq; murorum fixerunt barbara pinnis,  
Futura templi cen trophaa victi.  
Sacra palam multis tonat icta securibus adas,  
Vt sylua rimo casa duriore.  
Diuine insolitis perfecta laboribus artis,  
Velluntur ictu fracta malleorum.  
Quae coluere tuum nomen penetralia fumant  
Polluta scelere barbari furoris.  
Conuenere hostes, placuit succidere cuncta,  
Deiq; festas amouere lucas.

Signa

PSALM. LXXIV. 143

Signa tacent, nemo diuina oracula pandit,  
Nec nouit huius exitum procella.  
Quo tamen usq; ferox in te bacchabitur hosti?  
Impune verbis usq; quo lacestet?  
Cur in sacrilegos adeo tua fulmina cessant,  
Sinuq; condis dexteram fontenti?  
O Rex omnipotens, nobisq; salutarifer olim,  
His mira terris solus edidisti.  
Fluuiibus assurgens virtus tua diffidit aquor,  
Capita draconum fregit inter undas.  
Aethiopum coruis in se redeunte profundo  
Dedit epulandum naufragum tyrannum.  
Protulit e vino manantia flumina saxo,  
Siccavit undas annium perennes.  
Noxq; diesq; tuis obeunt sua munera iussis,  
Aurora prodit, Sol coruscat orbem.  
Tu vaga fundasti stabilem super aquora terram:  
Aestate factam, Vere germinantem.  
Impia verba hostis, tantum hoc reminiscere, dixit:  
Populusq; recors numen ore laetit.  
Pascere feras Rex alme tua ne turture crudas,  
Oblitus animas pauperum tuorum.  
Quod fuit antiquis cum patribus adspice sedus:  
Et nos opacis abditos cauernis.  
Regnat tibi in miseris feritas scelerata per umbras,  
Iniuriosi confectas doloris.  
Ne miser attonito spretus ferat ore pudorem,  
Da pauper unde te leuante cantet.

Surge



144 PSALM. LIB. III.

*Surge, tuam Genitor, quando potes, aspice causam,  
Opprobriorum vel memor tuorum.  
Impia quæ populus hæctat ludibria recors  
Attende, iusta vindices vi ira.  
Ne secuta ferant tumidas obliuia voces,  
Tumultuando quas loquuntur hostes.  
Sed qui despiciunt stulto tua numina fastu,  
Domiti superbes exuant tumores.*

PSALM. LXXV.

Confitebimur tibi Deus, confitebimur, &c.

**T**E Rex canemus maxime celitum,  
Tuumq; nomen carmina patrio  
De more tollent, quod saluti  
In dubijs solet esse rebus.  
Miranda seris facta nepotibus,  
Et persequemur nos tua cantibus:  
At tempore iniquis destinato  
Adueniens dabo iura mundo.  
Tunc laxa terre fabrica dissinet,  
Omnes tremiscenti partibus incola  
Orbis reuulsis, solus altis  
Quem posui stabilem columnis.

Insani-

PSALM. LXXV. 145

*Insanientes stulta cape site  
Ne facta dixi: tollite cornua  
Ne vos profani, quos in astra  
Impietas furiosa mittit.  
Cessate vanis motibus impij  
Calo minari, parcite vocibus  
Iniuriosis, quæ laceſſunt  
Iam Domini patientis iras.  
Non Ortus ultor, non erit Occidens,  
Non solitudo frondea montium:  
Nam ius Olympi fabricator  
Iudicio grauiore dicit.  
Hunc ille ponet, si volet, infimum,  
Illum per auras tollet honoribus:  
Cratere pleno nam ministrat  
Face merum vitiantem vinum.  
Semper bibenda diu ite poculo  
Ad fecis imum proluet impios:  
Incubriato donec omnem  
Artifici scelerum propinet.  
Docebo gentes hæc ego posteras,  
Iustisq; numen laudibus efferam:  
Gens Abrahami cui fidelis  
Legitimis operatur aris.  
Dixisse dicam te bone Conditor,  
Frangam malorum cornua, verticem  
Tollam bonorum sic, ut illos  
Ex animi vereantur hostes.*

K

PSALM.



## PSALM. LXXVI.

Notus in Iudæa Deus, &amp;c.

**S**pectra vos gentes prece fabulosa,  
Thuris, & fumo colitis Sabæi:

At Deum Iudæa venerantur unum  
Oppida verum.

Illius sanctum domus una nomen  
Isaci castis numeris amicat:

Patry cantus meditatur illi  
Moris auitos.

Ardue colles habitat Sionis,  
Pace florentem Solyman quieta

Fundat, & tanta colit urbis intra  
Pergama sedem.

Fregit hic vires animosiores,  
AENEOS arcus, clypeos, & enses:

Asperi belli nimis efferratas  
Contudit iras.

Alta predantium inga quam ferarum  
Celsior vultum Pater extulisti:

Vnde turbatis fera palpitant  
Corda superbis.

Namq; sopiti gravitate somni,  
Arma recordes fremuere dites;

Sed nihil dextris potuere vinculis  
Tendere contra.

**V**t tue vocis tremescit aures  
Impetus, fluxis equites habenis

Victa frigenti posuere villi  
Lumina somno.

Tu potes mentes agitare fontes,  
Sed quis occurreret tibi cum minaci

Ignæ tortos glemerant astu  
Ira vapores?

Arbitrum moto quoties Olympo  
Te doces Orbi fore iudicando,

Incola terra metruente clauso  
Ore filescunt.

Talis inuadet metus insolentes,  
Cum tua mites ope liberatos

Aureo vindex hilarabis alma  
Pacis honore.

Ira mortalis violenta cordis

Cedet in laudem tibi vindicanti:

Et coercenti reliquum minace est  
Quicquid ab ira.

Conscium votis caput obligates,  
Rite soluendo tamen expedites:

Et Deo casti properate cines  
Dona timendo.

Ius habet solus necis, atq; vitæ,  
Vt duces lethi per opaca mittat;

Et reluctantes humili tyrannos  
Pulvere ccondat.

PSALM. LXXVII.  
Voce mea ad Dominum cla-  
maui, &c.

**I**nuocaui conditorem  
Voce lamentabili:  
Conditor roci benignus  
Inuocantis amuit.  
In periculo adiu  
Fessus illum maximis.  
Nocte palmas alienaui  
Aestuante pectore.  
Mens amica respuebat  
Auribus solatia.  
At Dei memor fremebam  
Fluctuante spiritu.  
Luminum suere somno  
Non plicata palpebra.  
Hesitans vt impedito  
Vocis rfu constiti.  
Cogitabam in utro cui  
Anteacli secula.  
Et tibi sonare noctes  
Quas solebam barbito.  
Corde sic loquebar. angens  
Hisce curis spiritum.

Me Deus reliquit annos  
In futuri temporis?  
Nec meis aduertet aurem  
Questibus placabilem?  
Sistet an perennis amnem  
Resuum clementie,  
Moris oblitus paterni  
Cum solebat parcere?  
Et benignitatis ira  
Sana cursum reprimet?  
Quid laboras agra, dixi,  
Mens quid vrges in scia?  
Ipse mundi rector affert  
Has vicissitudines.  
Ergo cautè mente voluam  
Facta magni principis:  
Adfuit suis vt olim  
Nempe tot miraculis.  
Templa cæli picta claris  
Syderum fulgoribus.  
Sicca temperata lymphis,  
Frigidis ardentia.  
Tot benigne facta cernam  
Arte prouidentie.  
Semper idem, verus autor  
Es via sanctissime.  
Quis Deus tibi Deorum  
Conferetur omnium?



150 PSALM. LIB. III.

Alme tu rerum creator  
Mira solus officis.  
Nosse gentibus dedisti  
Vim tuae potentiae.  
Cum Iacobi à seruitute  
Vindicasti posteros.  
AEquoris te conspicat  
Sunt ut vnda turgidi,  
Horruerunt à profunda  
Pensiles voragine.  
Te iubente deciderunt  
Imbre plena nubila.  
Rupta caeli fulminauit  
Obsrepentis ianua.  
Tunc tuae penna sagittae  
Transferunt alite,  
Fos tonitruum globosum  
Terrefecit aëthera.  
Creber incendit corusci  
Fulgur orbem fulguris,  
Et soluitis agræ Tellus  
Palluit compagibus.  
Tu per vndas ambulasti  
Detegentes alueum.  
Institit tuis tyrannus  
Non tamen vestigijs,  
Pastor ut gregi tuorum  
Hac praestisti semita.

Mose

PSALM. LXXVIII. 151

Mose facti tum stupendi,  
Ac Arone prauius.

PSALM. LXXVIII.

Attendite popule meus le-  
gem meam.

Isacide monitis aperite fidelibus aures,  
Et memori penitus mea pectore figite dicta.  
Vera, sed arcanis mysteria condita rebus  
Eloquar, & priscae fidei monumenta reuoluam.  
A nobis audita quidem, sed visa parentum  
Omnia luminibus, nos qui docuere minores:  
Tempora ne gentis serae ventura laterent.  
Narrarunt ideo laudes, cecinereque, laetis  
Plausibus alma Dei quae mira potentia fecit.  
Nam cum iura daret, praefugis Genitoribus olim  
Omnipotens, pepigit sacra immortalia natis  
Dissererent, ut posteritas oritura teneret:  
Atque alijs eadem miracula proderet annis,  
Scilicet ut iterum tam rara exempla secuti,  
Credere se Domino praeperent in rebus egenis:  
Et fido memores tantarum pectore rerum  
Iussa, pater, sacris à legibus eruta discant.  
Ne patrii similis gens dura atque aspera surgat  
Deuia sponte sequens, monitis incredula veris.

K 4

Es



## 152 PSALM. LIB. III.

En genus Ephremi doctum pugnare sagittis  
Cum pharetra amisso certamina deserit arcu,  
Quod Domini leges, audax quod fœdera soluit,  
Mentēq; Nilivacis aboleuit facta per oras.

Scilicet vt coram proavis Deus oppida Nilī  
Prodigijs turbavit agens, maris æquora rupit,  
Hinc atq; hinc instar gemini pendentia muri,  
Isacida fugerent vt per vada sicca nepotes.  
Nube regebat iter Sol quando errabat Olympo,  
Igne, polum tenebris nox quando obscurā tenebat.  
Arentem silicem desertas inter arenas  
Diffidit, & populum venis satiauit aquarum:  
Ceu fluerent scatebris largē fluvialibus vnda.  
Ergo per incisi terebrata foramina saxi  
Mist aquas, plenis irent ceu flumina ripis.

At nihil in melius versi noua crimina texunt,  
Vnde lace sibi scuiret nu minis ira.  
Nam deserta soli cum siccī inuisa tenerent,  
Tentauere Deum, ventrisq; cupidine caci  
His adeo fœdis epulas petiere querelis.  
Inter saxa Deus nullo squalentia cultu  
Instructas dapibus poterit ne apponere mensas?  
Ille rigens saxum tetigit, tactumq; securo  
Flumine, torrentes exundauere liquores:  
Dona laborat & properet nunc mollia frugis,  
Et mensis epulas dulces genialibus addat.

Audēt, & iusta Pater inflammatus ab ira  
Castrā super mist trisidas ardentia tadas,

Isaci-

## PSALM. LXXVIII. 153

Isacidamq; rogo domuit populante furorem.

Tot factis non vsq; Deum posse omnia norant,  
In rebus nec opem sperarunt affore duris.  
Nec minus interea donis epularibus alius  
Vt cupidas satiet, liquidam inbet aere nubem  
Stare serenato, & caelestia limina pandi.  
Tum primūm aethereas cali pluit aera fruges,  
Oraq; truerunt panem mortalia Diuum,  
Indulgente Deo largi venerabile donum.

Hic animas calidi stantes compefcuit Euri,  
Et iussit spirare Notum, quo decidit imber  
Insolitus volucrum, ceu pulueris arida nubes.  
Quam multæ Oceani fluctu glomerantur arene,  
Alituum cecidere si per tentoria turma.

His saturos epulis (nondū tamen ora quierant  
Ingluuis stimulata) Dei quatit ira minacis:  
Sternit humi proceres, & corpora lecta iuuenta.  
Sed nec supplicis fraeli, nec amore retenti,  
Aut scelus oderunt, aut impietate relicta  
Agnouere Deum per tot miracula notum.  
Ante diem raptos ergo sine laude necabat,  
Succidens viæ pauidos ignobilis annos.  
Cum passim ruerent, subita pietate redibant:  
Maneq; supplicibus, stentes admissa, querelis  
Orabant veniam: Dominum sua tela vocabant,  
Auxilium, clypenmq; doli sed conscia lingua  
Hoc adeo patrem studio lacrabat inani,  
Quippe animis stabant veteris periuria moris

K 5

Fixus



154 PSALM. LIB. III.

Fixa, nec ad patras stictebant pectora leges.  
Ipse autem facili peccantium ignoscere culpa  
Sape lacefitas ira reuocauit habenas,  
Nec seuire dedit, quantum meruere, furori.  
Quin homines meminit quæ noxia corpora tardè  
Ventorum similes, qui quando turbine perstant  
Conuersi rennuunt alis remeare sonoris.  
O quoties illi deserta per auia questi  
Exacuere Deum? quoties per inhospita siccis  
Arua locis Domini mouere immobilis iras?  
Rursus ad ingenium ambiguum, moresq; reuersi  
Tentauere Deum, circumscripte vigorem.  
Nec meminere diem quo sano ex hoste redemptos  
Eripuit, cum prodigiis vlticibus actam  
Terruit Aegyptum, & Taneos lacrymabilis arua.  
Ille cruentauit, biberent ne pocula, riuos:  
Morsibus infestas per regia limina muscas  
Egit, & immissam squalenti à sumine ranam.  
Fructibus aucta noui bruchio dedit arua, locustis  
Quicquid humo credunt homines, sperantq; coloni:  
Pampineas strauit Boreali grandine vites:  
Arboreos glacie fetus, lapidumq; sonoro  
Abstulit imbre greges, animalia cætera flammis.  
Irarum in Pharios populos laxauit habenas  
Cuncta ruens, furias inimica per oppida soluit,  
Tum morti reclusit iter, lateq; regante  
Peste hominum turbas, etiam iumenta pere mit,  
Ratorum primas animas, generisq; domusq;

spena

PSALM. LXXVIII. 155

Spem tulit, Aegypti campus qua Nilus inundat,  
Et vaga progenies figit tentoria Chamni.  
At bonus Isacidum post tot miracula gentem  
Commisissas vt oues per tesqua horrentia duxit.  
Nec trepidi casus rerum timuere minaces,  
Vnda Parethomios postquam bibit obuia currus.  
Et tandem paria ductos in sinibus ora  
Constituit, dextra inuicta quam robore cepit,  
Indigenis omni bellorum clade sepultis,  
Sortitusq; domos, & fertilis oppida glebe  
Immerenda dedit, quos vexerat, arua colonis,  
Et domitæ gentis captos habitare penates.  
Nec tentare minus, Dominumq; laceffere factis  
Cura fuit, patras aut sedere soluere leges.  
Sed procul auersi ru perunt iura, fidemq;  
Et patrum similes mores didicere suorum.  
Vt redeunt in se laxati à funibus arcus,  
Sic prauis in faciem vita rediere prioris:  
Flagitiusq; nonis acuerunt numinis iram,  
Impia per virides fecere altaria colles:  
Inq; Deum varias constarunt era figuras.  
Auidit omnipotens, & detestabilis odit  
Facta profana domus, fastiditamq; reliquit.  
Tunc non fatidica placuit Curtina Siles,  
Vnde dabat quondam trepidis oracula rebus:  
At tulit à sano, fustis legionibus, arcam  
Hoste capi, decorisq; sui pratoria ferri.  
Isacidus ferro iugulari, & pradia sortis

Cara



156 PSALM. LIB. III.

*Cara sua flammis populata sequacibus vvi.  
Incendi iuvenes sine virginitatis honore  
Indeploratas mortem subisse puellas.  
Ense sacerdotes mactari ad funera nullas  
Curanda occisis viduas superesse maritis.  
Et tandem veluti semno vigilasset ab alto,  
Post crapulam miles vel seuus in arma ruiisset,  
Increpuit, telisq; suos petit obuius hostes,  
Spicula secretis insgens lurida plagis:  
Spicula dedecoris monumenta aeterna futuri.  
Non tamē Ephremi, Iosephi aut sanguine cretū  
Regifica sacri phiala clarauit oliui:  
Sed Iudæ de stirpe genu, montemq; Sionis,  
Quem voluit terris semper magis omnibus vnum,  
In sedem regni, & templi fundamenta legit,  
Duratura, soli dum pendula machina durat.  
A patris famulum caulis ad regna Dauidem  
Extulit, vt populum regeret quem gentibus vnum  
E reliquis vult esse suum. Nec segnior ille  
Pauit, & egregia ductor mentisq; manusq;  
Arte suos fuit, bellisq; exterruit hostem.*



PSALM.

PSALM. LXXIX. 157

PSALM. LXXIX.  
Deus venerunt gentes in hæ-  
reditatem.

**I**N tua venerunt Genitor patrimonia gentes:  
Et tua quæ fuerant, barbarus hostis habet.  
Sancta profanati fumant oracula templi:  
E Solymis lapidum vasta ruina manet.  
Heu tua iura feri populi tua iussa colentes  
Vulturis auidos apposuerunt cibos.  
Heu nimium diro exemplo lanianda piorum  
Corpora montanis trunca dedere feris.  
Instar aquæ Solymis riuu vndauere cruoris:  
Nec fuit extinctos qui sepeliret humo.  
Quam sumus opprobrium vicina per oppida velti?  
Fabula finitimis quam memoranda locis?  
Quo tamen vsq; tua populabitur impetus ira,  
Æmulus ardentis vel furor ignis erit?  
Sæua tui in gentes ignaras fulmina mitte,  
Inscia vel nomen regna vocare tuum.  
Vt fera Iacobi sobolem quæ cruda vorarunt,  
Solaq; decultis arua dedere locis.  
Ne veteres vltor seclerum reminiscere labes,  
Ante sed euersos verte benignus ope.  
Abne sære, miseris ades auxiliariis armis,  
Nominis vt redeat gloria prisca tui.

Hæc



## 158 PSALM. LIB. III.

Hac admissa tenuis panis damnaueris vltori:  
Nominis est ingens parcere fama tui.  
Verba lacescentes populi cur impia dicent,  
scilicet ille Deus vester amicus, ubi est?  
Sacilegos vtinam videamus soluere panas.  
Et videant gentes se sua damna pati.  
Innocui fusos vlcifere sanguinis annos,  
Accipe quam vinculi compede dura gemant.  
Incute vim Genitor, tenebrosa ei gastula pande,  
Eripe quos vcltrix deuouet ira neci.  
Finitimi nostras habeant cum sanore clades,  
Qui tibi dixerunt impia verba, luant.  
Nos tuus alme tuo grex olim inclusus ouili,  
Carmina dicemus lata futura tibi.  
Nec canet vnus tantum gens postera secli:  
Quae fuerit mundo sospes eunte, canet.

PSALM. LXXX.  
Qui regis Israel intende.

**A** Bramidarum rector, o Iosephidas  
Qui ducis vt pastor gregem.  
Premis sedendo qui rubentes alites,  
O qua precamur, accipe.  
In Ephraimi, Beniamini, Et vltimi  
Fratris Manassa gratiam:

Oris

## PSALM. LXXX. 159

Oris coruscant fulminantis lampada  
Ostende te vocantibus.  
Tua tremenda signa da potentia,  
Et nos amicos sospita.  
Collige repulsos: ore blandus adspice,  
Et liberi seruabimur.  
Deus arma cuius imperata nutibus  
Ponunt minaces impetus:  
Quo nam vsq; plebis vota chara differes  
Auersus iracundia?  
Largus genarum fonte deplorantium  
Ingrata roras fercula.  
Auges aquarum de genis cadentium  
Amara riuus pocula.  
Vtri priores spolia de nobis ferant,  
Te dante, certant accola,  
Ridentq; nostris letiores cladibus.  
O qui gubernas pralia,  
Collige repulsos, ore blandus adspice,  
Et liberi seruabimur.  
Tu transtulisti vineam Aegypti e solo,  
Tuis serendam fertili  
Manibus in aruo, barbara propaginis  
Vnde eruisti semina.  
Vix fuisi ductor. Vt radicibus  
Hassit, per arua pampinos  
Sparsit comantes. Eius alta vertices  
Vestiuit ymbra collium.

Cedros



## 160 PSALM. LIB. III.

Cedros flagella prenderant repentia,  
Ad rancæ ponti littora.  
Euphratis undas vsq; sîma nobiles  
Se palmites effuderant.  
Cur nunc aperta sæpe transeuntium  
Relinquis in vindemiam?  
Aper cruentus vastat, omnis undiq;  
Depascit agri bellua.  
Reverte, nutu bella qui regis tuo,  
Hanc cerne ab alto vineam.  
Ranum tuere quem tua cultum manum  
Hæssisse terra videras.  
Saltem rogatus annues ob Filium,  
Quem nobilem clarissimis  
Factis dedesti. Nam quod arsit ignibus,  
Sectumq; ferro marcuit:  
Pergit, acerba dum tui vultus faces  
Emisit indignatio.  
Sed nunc misericors dextera virum lena,  
Illumq; firma viribus  
Quo fundis hostem. Deseremus vnicam  
Non te salutis anchoram.  
Auris amicum reddidi vitalibus,  
Sed numen inuocabimus.  
Qui præliorum nutibus potens regis  
Formidolosos exitus:  
Huc oris alma verte clari lumina,  
Mox liberi fernabimus.

PSALM.

## PSALM. LXXXI. 161

PSALM. LXXXI.  
Exultate Deo adiutori nostro.

**I**N Dei laudem memores auiti  
Eia plaudendo resonate ciues:  
Isaci proles duce quo per omne  
splenduit auum.  
Carmen adiuncto crepitu sonori  
Tympani fas est recitare festum:  
Nabyls grata cithara iocosos  
Addere neruos.  
Luna cum primos nouat orta menses,  
Plena vocalem tuba det canorem,  
Cum diem festis agimus calendis  
Buccina clangat.  
Sic, Deo quondam statuente, patres  
Rite sanxerunt fieri per annum:  
Sic anis olim fuit approbato  
Federe cautum.  
Namq; Iosephi voluit minores  
Hunc diem testem memorare fastis:  
Quo reliquerunt Pharijs soluti  
Legibus Oram:  
Barbaræ voces vbi nationis  
Hospites muti prius audierunt:  
Postea seruis humeris coactis  
Tollere moles.



162 PSALM. LIB. III.

At Deus vindex onerata dixit  
Dorsa curuanti cophino leuans.  
Isaci proles superante vires  
Fissi labore.

Cum meam dextram gemitu rogares;  
Annui clara sonitu procellæ:  
Et tui feci Meribæ periculum  
Fontis ad vndas.

Ergo gens lecta modo sortis audi,  
Namq; testabor fore te beatam:  
Ni Deum vanis aliena fingis  
Numina sacris.

Ipsè sim numen tibi solus vnum,  
Qui potens rupi Pharias catenas:  
Plura quam votis bona flagitabis  
Tunc ego reddam.

Restitit durus populus monenti,  
Nec sum recors patifecit aurem:  
Irrita in ventos bene dicta solui  
Passus inanes.

Tum suo vt sensu surerent, reliqui:  
Quæ sequi vellent, sequerentur ultros:  
Et Deum inuentis agerent profani  
Ritibus anuum.

Si meis aurem monitis dedissent,  
Et meum proles iter ambulasset  
Isaci, quondam meditata pactas  
Fœdere leges:

Versus

PSALM. LXXXII. 163

Versus in fauos ego totus hostes  
Clade trissem populis loquenda:  
Quæq; nunc vexant, mea perdidisses  
Dextera gentes.

Vtq; victorum fugerent duella,  
Verba mendaci loquerentur ore:  
Isaci contra fuerentur alca  
Pace nepotes.

Prodigo tellus quibus alma partu  
Triticæ spicas vranidas tulisset:  
Mella sudassent vbicunq; duræ  
Rosida cantes.

PSALM. LXXXII.

Deus stetit in Synagoga Deorum.

Inter potentes Conditor asstitit,  
Qui fixa reddunt iura minoribus:  
Illosq; Iudex æquitatis  
Admonuit temerare leges.  
Formidolosa voce coarguens  
Quonam vsq; dixit, iusta renellit?  
Damnatis æquos cur egentes,  
Propter opes sceleratorum?

L 2

Quin



164 PSALM. LIB.III.

Quin vos egenum tollitis imparem  
 Diti superbo? quin miserabiles  
 Fulcitis orbos, & lenatis  
 Pauperiem sine dote viclam?  
 Arcete fractos à violentia  
 Iniuriose turbine pauperes:  
 Ne ferte egenos esse prædam  
 Dinitibus malè gratiosis.  
 Hæc cum monerem, nil sapientius  
 Videre fraudum nubibus obruti:  
 Nec exulanti iure legum  
 Præcipiti ruitura casu.  
 Quæcunq; terra fabrica sustinet.  
 Verum est: Creant vos necis arbitros  
 Viteq; celsi nempe diuos  
 Arbitriq; dititione feci.  
 Sed plebis in sar fanere sordido  
 Olim cadetis: sedeq; regia  
 Pulsos, Tyranni, vos silentes  
 Accipient Erebi lacuna.  
 Tu legum habenas d' Deus accipe,  
 Tu inra teris redde volentibus:  
 Hereditatis iure rerum  
 Imperium tibi tradet orbis.



PSALM

PSALM. LXXXIII. 165

PSALM. LXXXIII.

Deus quis similis erit tibi?

**N**E Genitor fileas, inhibe ne tela quietus:  
 Adesse nene differ inuocantibus.  
 Ecce tui verbis fremuere minacibus hostes:  
 In te perosi sustulere verticem.  
 Iurato Isacidas decrerunt tollere bello:  
 Tuoq; sanctos pectori gratissimos.  
 Ferte citi ferrum, penitus quin cadimus aiunt,  
 Stirpis odiose nequa sint vestigia?  
 Vnanimis etiam statuere enertere ritus,  
 Tuiq; iura sacrosancta fœderis.  
 Iungit Idumais socj's tentoria, prisca  
 Ab Hismaelis orta gens origine.  
 Iuncto conueniunt Agarem in castra Moabo:  
 Geballus, Ammon, Ammalechus additur.  
 Quiq; Palestina vastos arat accola fines:  
 Tyriq; viuut vrbs intra mœnia.  
 Coniurata simul Syria caput arma inuentus,  
 Merendo Lothi posteros vt adiuuet.  
 Hos Pater, vt Sifaram, Madianaq; prelia redde,  
 Ciffonta propter vt Tabini copias.  
 Flumen apud Dorium iacere cadauera, campis  
 Incunda messes in futuras pabula.  
 Horum pone duces quales Orebus in armis,  
 Fuere Zebbus, Zebeas, & Salmana.

L 3

Ausi



166 PSALM. LIB. III.

*A*usi omnes animis hac dicere verba superbis:  
Pulchra occupemus numinis sacraria.  
Ferte rotæ similes, Genitor, stipulaq; volantis,  
Spirantis auræ sicut est arbitrium.  
Vt rapiunt auidæ syluestria robora flamma,  
Igniq; montes incidente concrepant.  
Hos involue tua sic tempestatibus ira.  
Æstu furoris inquietos arripe.  
Fac ignominie maculosa labe rubescant:  
Orare discant numen vt pressi tuum.  
Hinc pudor, inde metus nutantia pectora turbet:  
Lethi perennis vrgeat necessitas.  
Esse tibi nomen tunc maiestate verendum  
Scient, idemq; terra confitebitur.

PSALM. LXXXIV.

Quam dilecta tabernacula  
tua, &c.

**C**onspicienda tui quam sunt tentoria templi,  
O Deus arbitrio qui regis arma tuos?  
Atria cum repeto vivis me vrentia flammis:  
Æthereas alacri vix fero mente faces.  
Corq; & membra micant hilari exultantia motu:  
Qua possunt Dominum singula voce canunt.  
Atria (sic memoro) latebras vbi passer amicas  
Inuenit, & pullos nutrit hirundo suos.

*Ah Rex*

PSALM. LXXXIV. 167

*A*h Rex armipotens ego templi altaria solus,  
Quod modò non possum corpore, mente colo.  
Felicis habitant tua qui sacraria, nullis  
Temporibus claudent laudibus ora tuis.  
Is quoq; precipuo quem cingis robore, felix:  
Ingreditur sanctas corde regente vias.  
Qua lacrymæ gelida stillant in valle sonantes,  
Hic noua de largo pocula fonte bibet.  
Monstrat Olympiaci qui iura capessere regni,  
Celestis liquidas hauriet amnis aquas.  
Hos alia ex alijs dites opulentia reddet,  
Donec conspiciant vrbe Sione Deum.  
O Deus armipotens quæ nunc precor accipe lenis,  
Respue difficili ne mea vota manu.  
O clypeus, statio nostræ ò fidsissima vitæ,  
In Christi facie lumina fige tui.  
Ad tua templa dies fuerit iucundior vnus,  
Addita quàm vitæ secula plura mea.  
Asseruare domus hic clauiger ostia mallem:  
sceptri fer in scelerum quàm ditioe coli.  
Sol, clypensq; (bonos etenim tua gratia munit,  
Gloria clarabit cum super astra feres)  
Non tu parcus eris casto indulgere fauorem,  
Qui se ne maculet nocte, dieq; videt.  
O Genitor sistis qui bella sonantia, felix  
Omnia qui valida spe tibi nixus obit.

L 4 PSALM.

PSALM. LXXXV.  
Benedixisti Domine terram  
tuam.

**I**am tua vindicta ponit clementia vultum  
sanctæ Parens; etenim populū miserata iacentē.  
Quem tibi conciliat, dominis crudelibus anfert.  
Quippe bonus, facilisq; nefas, & crimina tollens,  
Alta suis condant tenebris obliuia mandas.  
Iraq; ne penitus tua defauret, habenis  
Vfus es, & meritum reuisti ardere furorem.  
Vita, salusq; tuum conuerte in mitia pectus,  
Nosq; fatigatis ex hostibus effice amicos.  
Semper ne Isacidam stirpe indignabere vindex  
Propter auos vltrix torquetur pœna nepotes?  
Consilium refer in melius: vitæ halitus errat,  
Siquis adhuc animis illam ò vitalibus auge:  
Et populus Domino latabitur ager amico.

Os Pater ergo tuæ bonitatis amabile nuda,  
Signa q; venturæ profer cœlestia vitæ.  
Auribus attentis seruabo ex æthere vocem,  
Quæ populo veniet sperata nuntia pacis:  
Exorata bonis, ne dissidentia victos  
Torqueat, & curis iterum mendacibus umbret.

Nec procal alma salus iustorum à limine tēdit,  
Gloriaq; vt nostras semper colat hospita sedes,  
Quin etiam posito tandem certamine diuæ

Prisca

**P**risca Fides, Fœditasq; manus in sua dera inuget,  
Et Pax Iustitiæ dabit oscula fida sorori.  
Deq; solo virtus orietur conscia veri,  
Letior aspiciet quam calo Astræa relicto.  
Annuet Omnipotens, rorem pluet æthere blandū,  
Vnde suum tellus pariet iustissima fructum.  
Nec serpent adeò veteris contagia morbi,  
Quippe sui Domini gressus comitabitur A Equū,  
Pacatumq; reget patris virtutibus orbem:  
Et fraudum miseræ soluet formidine terras.

## PSALM. LXXXVI.

Inclina Domine aurem tuam.

**A**duerte blandus aurem  
Tuam Pater roganti:  
Quem solitudo vexat,  
Et contumax egestas.

Serui tuere vitam  
Ius ætheris colentem:  
Me sospita vocantem  
Te spem suæ salutis.  
Sucurre, nam per omnes

Solis vocaris horas  
Fer lata gestienti  
Ad te leuare mentem.

L 5

Nam



170 PSALM. LIB. III.

Nam mitis, & benignus  
Clementia paterna,  
Soles open rogatam  
Afferre postulanti.  
Nunc ore quasi blando  
Me sancte rector audi:  
Ad qua vota flecte  
Tuam parumper aurem.  
Cum detonat procella  
Formidolosa rerum,  
Te quero, nec recusas  
Præbere te serenum.  
Nemo tibi Deorum,  
Par extat, aut secundus:  
Tuaq; facta dextra  
Molitur alma nemo.  
Quacunq; gens olympo  
Subiecta permeanti  
Accedet, vt te adoret  
Suum precata numen.  
Nam magnus es, potensq;  
Patrare mira solus:  
Deusq; viuus vnus  
Nec occidens, nec ortus.  
O alme veritatis  
Me da tenere calles:  
Cor expia, tremiscat  
Vt te, tuumq; numen.

Mens

PSALM. LXXXVI. 171

Mens omne caniet auum  
Te facibus piata,  
Tuumq; lata condat  
Laudando nomen astris.  
Expertus ergo blandum  
Clementia fauorem:  
Me testor ex Auerni  
Per te redisse portis.  
Iniqua gens coactis  
Me viribus petiuit:  
Nec vindicem Tonantem  
Sperauit affuturum.  
At lenis, & benignus,  
Duraq; parcus ire,  
Qua polliceris, omni  
Integritate reddis.  
Misertus intuere,  
Potentiaq; firma  
Hunc, quem tibi dicauit  
Ancilla facta vernam.  
Da signa me perosi  
Qua palpitent videndo:  
Tuoq; vt erubescant  
Me sospitem fauore.



PSALM



## PSALM. LXXXVII.

Fundamenta eius in montibus sanctis.

**V**Rbis amat supra Iacobi cetera Patris  
Deus ostia clara Sionis.  
Hanc in conspicuis fundauit montibus arcem,  
Valido quam robore munit.  
Magna tuae venient olim preconia fama,  
O regia numinis alma.  
An tibi certarit riguo Pharos humida Nilo,  
Altis Babylonia muris?  
Quin Pharos & Babylon supplex te agnoueris  
olim,  
Tyros, & Nabathea regna.  
scilicet ille suo te nobilitauerit ortu,  
Quod Rex super aethera notus,  
Rex qui te impositam fundauit collibus urbem,  
Et seruat in aenia custos.  
Omnia cum referet populorum nomina census,  
Dominus dabit aethere signum.  
Hic genitum claris testabitur argumentis,  
Quem Regem in secula fecit.  
At citharis in te, choreis, & carmine ludent:  
O leta Patria gentis

M. J. 22

PSALM.

## PSALM. LXXXVIII.

Domine Deus salutis meae.

**S**ue oriens retegat, seu vespertus occulat orbem,  
Inuoco te, vitæ spesq; salusq; mea.  
Supplicibus Genitor pande ò tua limina votis:  
Aure preces tolera non reuente meas.  
Mens satiata malis iam non fert radia vitæ;  
Ipseq; lethæis quam propè mergor aquis?  
Iam seror è numero quorum fugit halitus auras  
Respicens cineris busta futura mei.  
Liber at effugerem cludes, si mortuus essem:  
Et tamen à multis mortuus esse seror.  
Ceu gladio casti, quorum obliuiscitur orbis,  
Quos tua visa fuit destituisse manus:  
Me caua precipitem Baruthri in spelea dedisti:  
Mortis vbi gelide tristior umbra silet.  
Et super immersum calidi iacis arma furoris,  
Et tua me rapidis fluctibus ira vorat.  
Diffugere omnes, voluisti, hoc tu quoq; notum  
Esset in aspectu ceu rata poena meo.  
Tum grauis incubuit duri violentia morbi,  
Ex oculis acies fugit adempta meis.  
Hic voco te manibus clamando in sidera iunctis,  
Cuius dies umbram, seu fugat umbra diem.

Visue



174 PSALM. LIB. III.

Visne potens lethi reuocando extincta videri  
Membra, tibi laudes vt rediuiua canant?  
Tene bonum dicent tumulati ex agere busti?  
Vel seruare datam qui periere fidem?  
An tenebra noscent tua facta, an regna silentium  
Iustitiam, aeternum in ista flere, canent?  
Te voco, te memoro, nec dum fruor aethere viuis,  
Mane feram laudes antenenire meas.  
Sed quid adhuc dura placari mente resistis?  
Auriferae meas despicias ore preces?  
En ego quem primis penuria vexat ab annis,  
Quem labor, ablatâ quem timor angit ope.  
Die tua saepe suo deterruit ira tumultu,  
Et super afflictum detonuere metus.  
Agmine namq; vno cuncti incubuere dolores,  
In sata cen pluuia funditur imber aqua.  
Ab tibi sic placitum, me diffugere sodales,  
Cladibus offensi nec doluere meis.

PSALM. LXXXIX.

Misericordias Domini in aeter-  
num, &c.

**D**um currum aethereum sol aureus ambit O-  
lympum,  
Flamma nitet, spirant aura, ciet a quora ventus;

Terra

PSALM. LXXXIX. 175

Terra noui croceis pubescit floribus anni:  
Te largum donare canam Pater optime, dicam  
Alma tuae fidei populis exempla futuris.  
Dicam equidem, quando fugebas sidera mundo.  
Tunc placuisse tibi nostra misersere gentis.  
Et prius in nihilum caelestia posse resolui,  
Quâ tua sancta fides cursum bonitasq; retardent.  
Fœdera selescho iurasti immota Dauidi,  
Scilicet aeternum venturam in regia prolem  
Sceptra, nec amissi variandum limina regni.  
At polus auratis quoties argentea signa  
Explicat ordinibus, manuum monumenta tuarum  
Admiranda canit: cœtusq; & sacra piorum  
Templa tuae fidei durare immobile pactum.  
Se quis olympiaca tecum componet in aula,  
Dicere vel similem desertor penniger audeat?  
Concilio in magno tua sola potentia diuini  
Fulget, & ex anima pauidos formidine terret,  
An tibi bellipotens numen par induit arma?  
Maieestas, & sancta fides, & conscia veri  
Te circum figit vestigia candida virtus.  
Tu mare conturbas, conturbatumq; serenas.  
Et sternis pelagi missas in sidera moles.  
Tu Pharon inuisum, ceu ferro armatus adisses,  
Et cum Nilivaca iugulasti stirpe Tyrannum.  
Te vocat autorem celum, te pendula tellus,  
Orbis, & in triplici quicquid viget ordine rerum:  
Nam totidem fulcis solido fundamine moles.

Terra



## 176 PSALM. LIB. III.

Tu gelidum pennis Boream glacialibus armas:  
Tu picis animas humentem nubibus Austrum:  
Te iuga verticibus surgentia Thabor, & Hermon  
Ambo canunt, tollis solus quod in aethera montes.

Omnipotens tu robur habes, tua dextera vires  
Ostendat generosa sua. Tibi conscia Iusti  
Componit solum virtus: ut proxima vultu  
Ridenti bonitas, & qua renouare negando  
Ignorat promissa fides. Qui talia nouit  
O populus, Dominoq; sacras operatus ad aras  
Exultat patrio lituis de more canoris:

Tales almae tuae radiatum a lumine vultus  
Ingrediuntur iter: scuto se nominis vmbant:  
Iustitiae valido circum tutamine cingunt.  
Hinc illos decorat quaecunq; est gloria factis,  
Et nos imperij sceptris dominamur auiti.  
Tu Deus Isaacidum clypeus, tu numine Regem  
Protegis, Abramidum cui ius, regnumq; dedisti.

Tu quondam arcano pandens oracula visu  
Sanctis alma tuis, es talia voce locutus:  
Egregium virtute virum, cui robur, & ingens  
Pectus in arma dedi, e medio sine nomine plebis  
Extuli, ut imposto faciam diademate Regem.  
Inueni fratrum lum Iesseae stirpe Davidem,  
Hunc stillare saepe per phialam dignabor oliui:  
Huic mea terris suis manus auxiliabitur armis:  
Contra hostes vnum reddent mea robora firmum.

Non

## PSALM. LXXIX. 177

Non eius spoliis, non relictigalibus hostes  
Proficient, fraudum nec tendere callidas artes.  
Quam ego terribilem vultu contra agmina sistam,  
Vltor ut hos sternat, plantisq; fugacibus illos  
Iam deploratam cogat sperare salutem.  
Sancta fides illum, bonitas comitabitur illum,  
Auspiciisq; mei tollet sua nominis arma.

Hinc Tyrio partum desinet aequore regnum,  
Inde per Euphratis liquidas metabitur vndas.  
Me patrem, numenq; suum, clypeumq; salutis,  
Supplice quando preces effuderit ore, vocabit.  
Illum ego regnantem veluti sit origine primus,  
Ante alios inbeo radys fulgere coronas,  
Aeterno amplectar carum bonitatis amore:  
Quae pepigi nec erunt venturis irrita seclis.  
At prolem, & solum totidem durare per annos  
Largiar, aetherei moles quot habebit Olympi.  
Si tamen exleges frangent mea iura nepotes,  
Auertentq; suos a recti tramite gressus,  
Sacra nonis etiam conuellerent ritibus ausi:  
Verberibus, pennisq; vltor commissa pialo.  
At mea nec bonitas se Regi offensa negabit,  
Nec variata fides pactis iurata reuellet:  
Foedera nec soluam, mea nec promissa resgam,  
Iuratumq; semel manet alta mente repostum.  
Per me sceptrum geret suboles aeterna Davidis:

Et

Et



178 PSALM. LIB. III.

Et stabit solum mansuri immobile regni.  
sol, & Luna mihi presentia lumina mundum  
Que radiant, maneant dictorum in secula testes.

Nunc autē irarum Pater astu accensus anbelo  
Negligis, & Regem mandas procul ire repulsum.

Fœdera dissoluis, capiti diadema reuellis,  
Versatumq; soli squalenti in puluere sedas,  
Mœnia ponis humi: firma, immunita relinquis.

Ergo illum spoliat quicumq; sit obuius hostis,  
Finitimæ pulsum terre ferus accola ridet.

Quiq; premunt illum vires te addente superbō  
Accipiunt animos, & gestis gaudia rebus.

At nostros acie gladios feriente retundis,  
Auxilijs populum medio in certamine priuas.

Tu decus antiquum belli, tu pacis honorem,  
Et solj pereuntis humas miserabile nomen.

Ante diem cogis trepidam cecidisse iuuentam,  
Dedecori reliquos, ignominiaq; reseruas.

Sed quis erit finis? quæ tanto meta labori?  
Qua prece, quo voto stammata piabitur ira?  
Quam breuis, & nihili quæ sit mihi vita reuolue  
Sancte parens, tubar incassum spirabile cali,  
Indulges hominum generi? Quis limina tanget  
Lucis, & extinctos lethi non hauriet ignes,  
Debita frigentis nec soluet legibus Orci?  
Heu bonitas, heu sancta fides! quo pulsa recessit

Gratia,

PSALM. LXXXIX. 178

Gratia, quo toties pacis iurata Davidi?  
Respice dedecorent, Genitor, quæ opprobria seruos  
Alme tuos. En fundo sinum, viden impia circum  
Gens quantum potuit verbis audere malignis?  
Illa tibi, nobisq; ferox, ait, irrita Christo  
Ex vestro sperate: Deus tamen omnia contra  
Annuet, in seros venient promissa nepotes.



M 2 I N



IN QVARTVM  
LIBRVM PSAL-  
MORVM  
INTERPRETATIO POE-  
TICA LATINE.

## PSALM. XC.

Domine refugium factus es  
nobis.

**R** Ex qui gubernas omnia mollibus  
Aetherne fienis: Tu domus antea  
Nobis fuisti semper, orsis  
A teneris orientu aui.

Montes priusquam culmina tollerent,  
Tellus vireret: se globus aureis  
Versaret astris, sempiternum  
Solum aras, es, erisq; numen.

Aug<sup>o</sup>

Angusta nobis tempora digeris,  
Sed luctuosis feta laboribus:  
Dicesq; tandem; Gens Adami  
In cinerem resoluta vade.

Aeuum per annos mille quod effluit,  
Hesternam tanquam lux tibi transuolat,  
Et noctis horae quas sopore  
Excubitor breuiore dormit.

Nos herba tanquam rosida viuimus,  
Sub mane primo quae viret eruita:  
Meridiana languet, aret  
Occidua statione flamma.

Accedit ira vis tua feruida.

Qua vita presso diffugit halitu:  
Furorq; pennas inquietus  
Terrifico iaculatur arcu.

Vindex tueris crimina perspicax,  
Occulta nobis respicis acrior,  
Quam res micantem per calorem  
Luciferi reteguntur astri.

Dum perpetratis aqua reuoluimus  
Soluendo factis premia noxiq;  
Sua fugacem sponte vitam  
Mole tua celeramus ire.

Nos fila molles sicut aranei,  
Denos in annos tendere septies  
Speremus, ante mors obunca  
Falce rapax nisi soluit orsa.

M 3

Denos



## 182 PSALM. LIB. IV.

Denos in annos firmior octies  
Procurrat atas, hic labor, hic dolor  
Maior, volandum quippe tandem,  
Ceu volucres habeamus alas.  
Quis deinde nouit, crimina puniet  
Vt iusta flagris ira sonantibus?  
Pro mole culparum seueras  
Iustitia repetente penas?  
Ergo dierum nos numerum breuem  
Da mente rector voluere prouida.  
Vita fugaci dum manemus  
Vt liceat sapienter uti.  
Nos ore tandem mitius adspice,  
Nostrisq; flecti te precibus sine:  
Tum recreabis verberatos  
Aetherea bonitate seruos.  
Nos alma primo mane benignitas  
Suis abunde fructibus expleat:  
Vt gaudiorum dona leti  
In reliquum capiamus eum.  
Quantum doloris pectora flebilis  
Hansere, tantum letitia ferant:  
Metire tempus gesticundi  
Præteritii spatium laboris.  
O alma seruos respice supplices,  
Et sacra prisca edita seculis:  
In posterorum liberatam  
Perueniat tua fama gentem.

Beni-

## PSALM. XCI. 183

Benignitatis nos iubar aureum  
Ridentis afflet: quæ manus egeris  
Olim tuorum, prosperare  
Fine velis Genitor secundo.

PSALM. XCI.  
Qui habitat in adiutorio Al-  
tissimi.

Quisquis æterni penetralis umbra,  
Quam Deus circum posuit, latebris:  
Ne reformidet, licet innotatis  
Fluctibus crebra resonent procellæ.  
Dicit: E sacris etenim latebris  
Spes mihi, & certum Pater est asyllum,  
Quisquis es tali pietate, fide.  
Namq; venantium laqueis teneri,  
Pestis aut tangi prohibebit arcu.  
Te suas custos teget inter alas,  
Vnde sperabis meliora tutus.  
Veritas parua tibi fulgurantem  
Alma pratendit radiantis orbem,  
Ne metum cæca vereare noctis:  
Ne die missas temerè sagittas,  
Ne luem pennis temerè vagantem:  
Luce nec pestem mediâ furentem.  
Mille adhærebunt lateri sinistro

M 4

Pestis,



## 184 PSALM. LIB. IV.

Pestis, aut belli iaculis perempti:  
Millia in dextro cecidisse densa;  
Te Dei cernes ope liberatum.  
Interim felix meditare qualis  
Exitu prani studijs ferantur.

Ergo dic nostræ columnen salutis  
Calitum rector bone, quam remotans  
A procellosa rabie, & tumultu  
Te tuis inuit posuisse sedem.

Vine diuina bonitate felix,  
Nec mala casus patiēte sortis,  
Nec tuas hostis populabit ades.  
Namq; mandauit fidei Angelorum  
Te, tuos gressus, iter, & labores:  
At ferent vectum manibus per auras,  
Ne pedes ledant præacuta saxa.  
Aspidum squammas super ambulabis,  
Reguli visus hebetabis acres,  
Terga Massyli subiges leonis,  
Et super vastos equitabis angues.  
Sic enim rerum sator est locutus:  
Spes suas in me quoniam locauit,  
Cultor æternæ studiosus arcis,  
Corruat victus dabo ne periclis,  
Et meum castè quia nomen ornat  
Notus in cælum volitabit Heros.  
Audiam quando prece me rogarit:  
Eruam, quando labor imminet:

Eueham

## PSALM. XCII. 185

Eueham claris titulis honorum:  
Conferam laudem senioris aui,  
Et mea tandem speciosa cernet  
Ora salutis.

## PSALM. XCII.

Bonum est confiteri Domino.

**L** Audibus æthereum fas est mihi dicere Regem,  
Citharisq; nomen tollere augustum meis.  
Mane sub aurora dicam miserescere pronum:  
Sub nocte apicem veritatis vnicum.  
Illi nota decem feriam discrimina vocum:  
Animabo ventis, & canora nabilia.  
Argumenta mei, tua facta ingentia, cantus,  
Quibus huius animæ spiritum mulces, erunt.  
O monumenta tuæ quàm sunt insignia, dextra:  
Consilia recti quàm profunda pectoris?  
Non hæc inspiens animo penetrabit acuto:  
Non hæc alumnus accipit recordia.  
Non videt halantes frondere vt graminis herbas,  
Nunc irrigatas, nunc reuulsas, impios.  
Tu namq; exanimos æterna in secula mittes,  
Felicitate viuus immutabili.  
Ecce tui pereunt subitis incurfibus hostes:  
Et dissipantur qui scelestæ perpetrant.

21 5

At



186 PSALM. LIB. IV.

At mihi sic valido solidabis robore nervos,  
Vt Monoceroti robur in cornu venit.  
Et senij vires fuso instaurabis oliui  
Fragrantioris debiles liquamine.  
Aut hostes ego luminibus cecidisse videbo,  
Aut interisse me perosos, audiam.  
Sicut palma virens, Iustus nona germina fundet:  
Libaniq; Cedrus fluctuantis ardua.  
Et quicunq; Dei media plantabitur aede,  
Diuina lato flore pinget atria.  
Non ille ob vitium trepida glaciale senecta  
Minus vigebit, quam iuuenta floruit.  
Scilicet vt plenus succo vegetabilis aus  
Dei equitatem gentibus denunciet.  
Est bonus ille suis: mihi quam tutissima rupes:  
Pjs secundus, surgit asper impjs.

PSALM. XC III.

Dominus regnavit, decorem  
indutus est.

Qui pollente manu sidera concutit,  
Iam regni Dominus frena tenet suis  
Regalis trabeam nominis induit,  
Accinctos humeros viribus extulit.  
Qui terram posuit vitrea pendulam  
Fundamenta super, qua variabiles

Nec

PSALM. CXIV.

187

Nec tentare vices; omnibus omnia  
Nec seclis poterunt vellere secula.  
Sedes imperij sed tua maximi,  
Est aeterna parens, ante volubile  
Quam caelum radios funderet igneos,  
Iam tunc non men eras sufficiens tibi.  
Volunt se rapido flumina murmure,  
Indignata gement murmura fluminum,  
Seuis alta minis aequora fluctuant,  
Rancis terrificant aethera vocibus.  
Almus sistit aquas at Pater amnum,  
Torrentes inhibet ne graue murmurant:  
Ponant sacra minas aequora praecipit,  
Et sternit placido muta silentio.  
O Rex caelituum condita laminis  
Oris verba tui stant adamantinis;  
Sacra namq; domus in penetralibus  
Aeternum veniet degere sanctitas.

PSALM. XCIV.

Deus ultionum Dominus,  
Deus.

Qui facies scelerum panis vlttricibus arces  
Pater alme o exere vultum,  
Qui certina pendis terras o arbiter aqua,  
Sua pramia redde superbis.

Quo



## 188 PSALM. LIB. IV.

Quo leuis impietas impune vagabitur vsq;  
Et turba nefaria plaudet?  
Dedita gens sceleri cur vano turgida fistu,  
Facta atq; infœla loquetur?  
Illa tuum populum calcat, tua prædia late  
Ferro populatur, & igne.  
Non illum viduæ lacrymis, non aduena placat,  
Vnq; occiditur orbis.  
Hæc illi, aspicient non lumina Numinis, aiunt,  
Cum nil mortalia curet.  
O gens ceca vide, nebulis quid inanibus vmbra  
Insania barbara mentes?  
Annes bina dedit qui circum tempora bina,  
Non audiet impia dicta?  
Orbis inclusit qui binis lumina bina,  
Non facta indigna videbit?  
Qui docet errantes populos, non arguet idem,  
Hominumq; piacula plectet?  
Nonit inaccessam que mentem cura fatiget,  
Qua pectora torqueat aura.  
Felicem quem sacra doces, cui tradere cœli  
Almas dignabere leges.  
Illum blanda quies duris in rebus habebit,  
Dum prauo aperitur hiatus.  
Nec Dominus populum sua nec bona deseret hares  
Inimica in pabula flamma.  
Tempus erit, quo iustitia sociabitur æquum,  
Ad quorum lumina causas

Aspicient,

## PSALM. XCIV. 189

Aspicient, recto qui pectore iusta ministrant.  
Mecum quis perdere fontes  
Audet, & in prauos sumptis quis iustior armis  
Sanctissima bella ciebit?  
At nisi me Dominus iuuisset ab athere, forsitan  
Tumulo nunc conditus essem.  
Nam quoties dixi vestigia lubrica nutant:  
Tua me clementia fulcit.  
Alme Parens animum tam solabare iacentem,  
Quam cura, dolorq; premebant.  
An tibi dicebam, solio commune tyranni  
Aliquid fingentis adheret?  
Respectu legum se nunciat esse minacem,  
Populisq; asferre laborem.  
Attamen armato retinere satellite iustum,  
Pergitq; addicere letho  
Innocuum. Secura mea bonus anchora vita  
Deus, & fuit aenea rupes.  
In caput autorum vertet qui ignobile frandes,  
Et qualia ferre dederunt  
Innocuis, eadem noster Deus omnia coget  
Damnatos tollere fontes.



PSALM.



## PSALM. XCV.

Venite exultemus Domino.

**H**ec chorum ciues date, gratulemur  
Inuicem lati, Dominum canamus,  
Cuius est nobis bonitas amica  
Ara salutis.

Voce laudantes ad eam us illum,  
Tinnulo coram resonemus are:  
Eia vocales feriamus acris  
Pectine conchas.

Maximus Regum Dominus potentum,  
Omnium solus Deus est Deorum:  
Qui solum firmat, stabiliq; ponit  
Vertice montes.

Ille, quod fecit, regit aequor vnus,  
Obrutam lymphis prius ille terram  
Instit arentem super enatare  
AEquoris vndas.

Supplices ergo manibus, genuq;  
Ite, adoremus, timidi cadamus  
Ante diuinum, faciem rigante  
Imbre, parentem.

Noster est idem Dominus, Deusq;  
Diues illius sata grex tenemus:  
Cuius auditam modo ne rebelles  
Spernite vocem.

*En ait,*

*En ait, Ne gens fera me laceffe,  
Sicut ad salus Arabum parentes:  
Qui parum fidis mea prouocarunt  
Robora dictis.*

*Possit experti mea dextra quantum,  
Vt fidem magnis habuere factis,  
Mox ad antiqua rediere lapsi  
Iurgia culpa.*

*Hanc quater denos sobolem per annos,  
Lite certarem veluti, morabar,  
Semper, at dixi, male sana mens  
Capta laborat.*

*Ergo iuranti stimulat us ira  
Denos calles generi secuto;  
Arua promissa minime videbis  
Accola terra.*

## PSALM. XCVI.

Cantate Domino canticum  
nouum.

**F**erte numen vstatis  
Ante nunquam canticis,  
Terra patrem die sonoro  
Vniuersa carmine.

*Eia numen, at que nomen:  
Personate numinis.*

*Nuncia*



192 PSALM. LIB. IV.

Nunciate semper eius  
Sospites clementiam.  
Prædicate quam potente  
Sic per orbem dextera.  
Eius omnibus referte  
Gentibus miracula.  
Ille magnus imperator,  
Laude maior omnium:  
Dijsq; cæteris tremenda  
Sanctitate maximus.  
Gentium Dei Deaq;  
Sunt inanes fabula.  
Noster at Deus micantem  
Fabricavit æthera:  
Ante quem luns, & decora  
Pulchritudo visitur.  
Eius incolunt penates  
Sanctitas, & gloria.  
Vniuersæ ferte gentes  
Illi honorem principii.  
Nomen eius predicando  
Gloriosum reddite.  
Sacrosanctis ferte lati  
Atrijs donaria.  
Supplicate procidentes  
Eius in sacrario.  
Vniuersa terra sanctum  
Nomen eius horreat.

Eia

PSALM. XC VIII. 193

Eia personate, regnat  
Ille cunctis gentibus.  
Qui globum terræ capacem  
Fixit immutabilem.  
Insq; dicit æquitate  
Sanctiore præditum.  
Terra, cælum, pontus, & do  
Que vagantur æquore.  
Gandeant, & arua lætis  
Se coronent frugibus.  
Efferant syluæ comantem  
Saltuosæ verticem.  
Ante Regem præpotentem  
Qui venit ius dicere.  
Æquitate iustus orbem  
Temperabit integra.  
Gentiumq; facta pender  
Veritatis lancibus.

PSALM. XC VII.  
Dominus regnavit, exultet  
terra.

**I**am fena regni conditor accipit,  
Letentur alijs suæctibus insula.  
Diuerberate, quæ resufi  
Oceani cohibentur vnda.

N Nigran-



## 194 PSALM. LIB. IV.

Nigrantis illum nubis opacitas  
Umbraeque celant: blandior aequitas  
illi tribunal, cum serore  
Iustitia grauiore ponunt.  
Vis antecedit fulminis ignea  
Vrentis hostes: intonat horrido  
Fragore caelum, terra crebris  
Fulminibus quatesacta nutat.  
Fluxere montes numine terris,  
Vt cera flammis tabida liquitur:  
Ipsaque ab aspectu Tonantis  
Dirigit tremefactus orbis  
stellata caeli fabrica nunciat  
Ius, quo gubernat, gloria numinis.  
It nota ab Aurora cubili  
Solis ad hospitium cadentis,  
Vultum probrosus deiciat pudor  
Casta in signuras saxa colentium:  
Iactantiumque barbarorum  
Exanima simulacra rupis.  
Errore facti Deum nimis impio  
Vnum hunc adorent, afficiet Sion  
Latata eum iudae puellis  
Sacrilogos obusse ritibus  
Iubente rerum praeside machinam  
Terre iacentem qui premit altior  
Ossendit alnum qui Deo vultu  
Spectra super ruitura: numis  
Qui

## PSALM. XC VIII. 195

Quicumque puri diligitis Deum,  
Odisse fraudes cura sit improbas:  
Vitam suorum nam tuetur,  
E manibus rapiens tyranni.  
Ex ore iusti discentit aureo  
Splendore nubes: peclora sordida  
Ignara culpa, spe, fauore,  
Latitia recreare nouit.  
Gaudete iusti maxima principis  
O cura nostri: tollite laudibus  
Diuinitatem, sanctitatem  
Carminibus memores sonate.

## PSALM. XC VIII.

Cantate Domino canticum  
nouum.

Carminis noui sonore  
Eia Patrem dicite.  
Molientem mira dextre  
Prapotentis robore.  
Se salutaris esse fontem  
Sospitando retulit,  
Gentibus monstrauit acrem  
Vindicando Iudicem.  
Consciis benignitatis  
Qui fidem nepotibus  
M. A. L. M. 2

Israëlis



## 196 PSALM. LIB. IV.

Israëlis obligatam  
Solvit integerrime.  
Vidit orbis quam salutem  
Liberator et iulit.  
Terra in bила canendo  
A Eris arte conceauit.  
Incole patentis orbis  
Gestientes psallite.  
Barbitum ferite, vocis  
Flexiones addite.  
Tibias inflate dulces,  
Cum sonora buccina.  
Rege coram in bilate  
Cuncta. Pontus vitreas  
Crispet vndas, salter vndis  
Quicquid vsquam permeat,  
Terra ludat, & capaci  
Quicquid alio parturit.  
Concitata lympha plaudat  
Annum perennium.  
Perstrepant decora syluis  
Montium cacumina.  
Orbis autor namq; sancte  
Dicat vt ius, aduent.  
Asidebunt indicanti  
veritas, & aequitas.

PSALM.

## PSALM. XCIX. 197

## PSALM. XCIX.

Dominus regnavit: irascantur  
populi.

**I**am Dominus regnat, pennis quę flammeus ales  
Tenet sedentem lene remigantibus.  
Immanes trepida populi formidine turbent,  
Et terra fractis palpitet compagibus.  
Magnum numen habet non solum teste Sione,  
Sed orbe, reclus axe quem Sol aspicit.  
Ergo tuum gentes cantent venerabile nomen,  
Quando aequitate temperas potentiam.  
Tu bona dispensas, aequissima iura ministras,  
Litesq; iudex inter Isacidas regis.  
Laudibus eia Deum memorate ingentibus omnes,  
Et scamna colite (sanctus est enim) pedum.  
Sic Moses, & Aron fecit cum fratre Sacerdos,  
Samuelq; Dominum primus invocantium:  
Sancta petiverunt dubijs oracula rebus,  
Dominusq; nubis e columna reddidit.  
Seruauere tamen percussi fœdera facti,  
Et iura sanctis explicata legibus.  
Hinc, Pater, audisti sepe exorabilis illos,  
Cum vindicabas plebis vltor crimina.  
Laudibus eia Deum memorate ingentibus, illum  
Fontem perennem sanctitatis tollite.

N 3

Aspici-



198 PSALM. LIB. IV.

*Aspicite hunc mōtem, sibi quem Deus ipse dicauit,  
Ille, ille numen scilicet sanctissimum.*

PSALM. C.

*Tubilate Deo omnis terra.*

**T**ubilate qui parentis  
Arua terra finditis.  
Numini seruite laeis  
Imperanti mentibus.  
Vocibus latum frementes,  
Templa sancta visite.  
Qui dat esse rebus, illum  
Numen esse dicite.  
Ipse fecit nos, nec ipsi  
Nosmet ipsos fecimus.  
Grex sumus, quem pastor aruis  
Ille nutrit herbidi.  
Illius fores adite  
Occinentes carmina.  
Ferte laudes, ferte cantus  
Sacrosancta ad atria.  
Numen eius personate,  
Cuius indulgentia  
Contineri nescit ullis  
Seculorum terminis.

*Veri-*

PSALM. CI. 199

*Veritas at semper vna  
Vultu eodem concolor,  
Ex auorum tendit annis  
Ad nepotum tempora.*

PSALM. CI.

*Misericordiam, & iudicium  
cantabo.*

**T**E facilem Genitor miseris ignoscere dicam:  
Sua grauem tumidis at dare iura reis.  
Voce vtrumq; canam, factis imitabor vtrumq;  
Si tua per castas me regit aura vias.  
Dum spiro incedam malefice nescius artis,  
Fraus erit in tectis hospita nulla meis.  
Non ego consilijs pandam fallacibus aurem,  
Qui fauet iniustis litibus, hostis erit.  
Me fugiant, pectus quicumq; in denia torquent,  
Crimina detestor turpia quisquis amat.  
Clam socys rabido qui detrahit ore, laceffam,  
Donec inhumanus frigida busta petat.  
Elatos oculi fastus, animiq; tumores  
Nec socios mens, nec laris esse feram.  
Amplectar facili quemcunq; videre tuebor  
Incolumem nicea simplicitate fidem.  
Hic mecum sedeat, puris hic moribus aulam  
Incolat, hic rerum ducere frena iuuet.

*N 4*

*Mentis*



200 PSALM. LIB. IV.

Mentis homo tumida nunquam mea limina tæget;  
Me non aspiciet qui dare verba solet.  
Cum primum radijs stellæ Aurora fugarit;  
Impia facta meum tollera munus erit.  
Nequis in vrbe Dei viuat sceleratus auiti:  
Fas est à sanctis membra sancta coli.

PSALM. CII.  
Domine exaudi orationem  
meam.

**S**ancte Pater audi: subeat meus athera clamor,  
Nec faciem timidæ iratam auerte querelis.  
Me super aduersa cum detonat ira procella,  
Leniter inclina miseratus questibus aurem.  
O quacunq; die supplex te in vota vocarim  
Pone moras. En alme: vides quam desicit atas:  
Quam fugiunt celeres nebula ceu statibus annis  
Ossaq; sopitas referunt exucca fauillas:  
Dum lacrymis humecto sinus potusq; cibiq;  
Improvisa diu subiere obliuia mentem;  
Vnde vigor perijt; cor tonsi exaruit instar  
Graminis, a struo quod discidit aère messor.  
Dum gemo, dum querulis turbatus vocibus hisco,  
Sicca renudatis penitus cutis ossibus hæsit,  
Qualis inaccessas mæret Pelicannus ad arces,

Quiq;

PSALM. CII. 201

Quiq; solet voces in fletum ducere bubo:  
Talis ego lacrymas longa aut suspiria fendo.  
Et volucris similis vigilo, quæ culmine tecti  
Per noctem queritur desertum à coninge nidum.  
Interea dum Solis obit rota flamma mundum,  
Insultat misero, raptis coit æmulus armis,  
Iurat umq; minax ciet in mea funera bellum.  
Tunc epulas cinerem duxi, tum pocula fletu  
Miscuit atra dolor. Nec me minus ira, taiq;  
Oris agit grauitas, namq; erexisse videris,  
Vt casu ruerem maiore elapsus ab alto.  
Non aliter mea vita fuit, quam vesper Olympo  
Precipitat, seraq; cadunt à montibus ymbra,  
Et macie tenuior ceu torrida solibus herba.

At pater æternum duras, nec secula famam  
Delebunt oblita tuam, fati inscius æuo  
A proauum venies in tempora sæua nepotum.  
Surge Sionæ, tandem misereberis arcis,  
Et iam tempus adest, quo te miserescere fas est.  
En recidua tui lapides in mania serui  
Deperunt, & adhuc lacrymant disiecta vidædo.  
Pergama restitues, at tunc serus accola nomen  
Diuinum metuet, maiestatemq; tremiscent.  
Qui regna imperijs frenant inimica tyranni.  
Ergo suam Genitor placabilis eriget urbem,  
A Eternum ostendet cum maiestatis honorem:  
Tum facie vertet blanda se in vota piorum,  
Lactifonas inopum nec respuet ore querelas.

PSALM.

N 5

Hæc



## 202 PSALM. LIB. IV.

Hæc tabulis habeant fidis inærata minores,  
Proferet orta Deo soboles inde altera laudes.

Quippe bonus rutilo despexit ab æthere terras,  
Audiatur geminus, quos vincit à carcere fundit,

Damnatosq; necl, rumpens ergastula, soluat.  
Instaurata Sion, Solyma aq; mænia nomen

Tunc Domini, laudesq; canent: tunc arua, domosq;  
Externi linquent populi, tunc regna tyranni,

Vt promissa ferant almo donaria templo.  
In medio quamvis vitæ mihi robora cursa

Frangat, & angustis includat tempora metis,  
Abne rogabo tamen, ceptis ne defice rebus,

Ne medio in cursu lege fila nouissima vitæ.  
Nos etiam si fera ruant mortalia condent

Fata solo, tu semper ages immunia lethi  
Secula, qui rerum partus Deus ante fuisse.

Fundasti ð opifex stabiles ab origine terras,  
Et cali radiantis opus: chaos occupet astra,

Et latam dissoluat humum, tu funeris expers  
Idem semper eris, cum cætera deterit ætas,

Ac attrita nouis homines vt pallia mutat.  
Sed tua gens restui tecum non legibus eius

Eruta darabit, quæq; exorietur ab illa  
Secula posteritas, duce te, felicia viuet.



PSALM.

## PSALM. CIII. 203

## PSALM. CIII.

Benedic anima mea Domino: &  
omnia.

**M**ens cane gratia Deū, præcordia dicite nomen  
Hilarata magni Regis augustissimum.  
Mens grates age lata, dedit quæ maxima, velo  
Obliviesi conde ne silentij.

Ille tibi facilis venia, scelus omne remittit,  
Omnes amicus sanat ægritudines.

Mortis ab imperio te vindicat ille superbo,  
Suaq; donis implet indulgentiæ.

Vota super cumulat, quæ voce, animoq; repostis,  
Aquila iuuentam seruat vt nouæ tuam.

Institia, recliq; tenax quàm liberat vltro  
Calumniarum præpeditos retibus!

Iura bonus docuit fidem cælestia Mosem,  
Sua Israël's sacra præsci liberos.

Ad veniam largus Deus est, mortalia facta  
Ad vindicandum parcus iracundiæ.

Non semper tumidas vindictæ immittit habenas,  
Nuturæ semper terret implacabili.

Non scelerum vindex penas æquanit acerno,  
Magis pepercit ille, quàm peccauimus.

Altior it bonitas Domini miserata iacentes,  
Quàm terra calo distat: & piacula

Tam



## 204 PSALM. LIB. IV.

Tam procul à nobis iram metuentibus egit,  
A Solis Ortu quam recedit Occidens.  
Quem soboli nndat pater exoratus amorem,  
Sine hoc amicat restitutos gratia,  
Qui calum violasse timent: non immemor esse  
Coacta molli vasa nos è puluere.  
Nascimur halantis ceu rosida graminis herba,  
Tum, cum iuuenta vernat, esflorescimus.  
Ad senj tristes hinc spiritus euolat horas,  
Et quarat vltra nemo quo simus loco.  
Sed Domini bonitas illos aeterna coronat,  
Diuina metuunt inssa qui dissoluere.  
Et Genitor natos natorum respicit aequus,  
Curis tuentur pacta qui fidelibus.  
Qui memores animo celeri mandata capessunt,  
Obtemperantes ritè sanctis legibus.  
Ille sibi posito solum fundauit Olympo,  
Rex vnde mundo sempiternus imperat.  
Vos celebrate Deum, qui inssa face sitis alis,  
Pueri Tonanti militare nobiles.  
Vos acies iuuenum pulchra, vos agmina cali  
Sacra ministri iustionis alites.  
Fote, lyrisq; simul rerum memorate parentem,  
Et quicquid vsquam fabricauit artifex.  
Tu quoq; mens illum quantum potes amula tolle,  
Tot obligata rebus effer laudibus.

PSALM.

## PSALM. CIV. 205

PSALM. CIV.  
Benedic anima mea Dominum:  
Dominus Deus, &c.

**M**ens age grata suo Dominum cane Numine  
magnum,  
Euehit humanas vltra quem gloria metas.  
Pro trabea laudem, Tyria pro veste decorem  
Induit, aeternum pro diuite lumen amictu.  
Pensilis in morem cortinae extendit Olympum:  
Aethera suspensa vestit restitudine Lymphæ.  
Nube vehens equitat, curru ceu præpete, ventos.  
Ad iuga compositos iubet ire volucris alis,  
Anteuolant aure, flammaq; ad inssa ministræ.  
Imperio molem terre fundauit inertem,  
Secula quam nullis impulsibus vlla mouebunt.  
Cumq; superiecto ponto redimita lateret,  
Voce Dei refugas aliò mare depulit vnda:  
Inde nouo tellus apparuit arida vultu.  
Tum montes creuere iugis, mediâq; reducto  
Descendere sinu latera inter frigida valles,  
Et lato equati nituerunt margine campi.  
Quâ ne rursus aquis tegeter redeitibus equor,  
Littora signasti Genitor. Declinia fontes  
Per iuga laxasti, riguis conuallibus amnes  
Vnde cadunt, purasq; bibunt animantia Lymphas.

Hinc



## 206 PSALM. LIB. IV.

Hinc Onagri capiunt latices, sylvamq; sonantem  
Desu per infixis habitant aviaria nidis.

In scopulis nemorum volucres, in frondibus altis  
Tam variæ pennis, quam vocibus æthera mulcent.  
Sufficis humorem pluvie tu montibus vnda;  
Inq; nouos saturas inarata noualia partus.

Hinc pecori faciunt verni familia Soles:  
Hinc ager humanas mensas olitorius implet:  
Hinc segetes veniunt campis, hinc collibus vnae,  
Hinc tenues umbrat radix oleagina cliuas.

Scilicet ut vires homini seges afferat, hortus  
Pinguis olus: curas vindemia lata releget:  
Aëreo mærens facies hilaretur oliuo.

Nec minus interea sterilis plantaria sylua  
Cultor alis. Cedris Libanum frondentibus umbras,  
Gaudet auis caras ubi plurima figere sedes:  
Enodisq; legit peregrina ciconia sagos,  
Nidorum præses longis inimica colubris.  
Dorsa tuo accipiunt cervi montana fugaces  
Munere, saxa cauas lepori sinuosa minori.

Tu Pater umbriferam fecisti in tempora Lunæ,  
Et qui luce micans Sol detegit omnia, fesso  
Terminat axe diem, & sero lauat a quoque currum  
Tum placuit celo tenebras posuisse, quietem  
Nox daret ut vigilis oculos furata labori.

Tum viga desertis errant animalia lustris,  
Excitatiq; fame quarant alimenta leones,  
Regnam magnis orant rugitibus escam.

At

## PSALM. CIV. 207

At cum primus equis Oriens affluit anhelis,  
In latebras abeunt. Humana penatibus exit  
Gens ad opus, seros donec serat Hesperus ignes.

Argumenta Parens rerumne ingentia mirer?  
Quam sapiens in cuncta regas? si plena redundat  
Terra? quid immensum statijs, & flexibus æquor,  
Vnde per erratas allabitur æstus in oras?

Innumeros generat per stagna liquentia pisces,  
Immanes alij dorso salis arua reuellunt,  
Exiguus alij ludunt ad littora pinnis.

At cum vela rates tendunt Aquilonibus, ause  
Credere se pelago, quæ monstra natantia cernunt?  
Cete innare vident, & aquarum tollere moles.

Sine solum teneant, seu regna humentia ponti,  
Tempore cuncta suo sperant alimenta daturum.  
Leta futura, manu si diuite pabula fundis,  
Si tamen aduerso renuisse videberis ore,

Sensibus attonitis animam turbata relinquunt,  
Inq; leuem tandem veniunt resoluta fauillam.

At simulatq; tuus vitalis spiritus auras  
Impulerit, sument iterum rediuiua colorem,  
Et tellus alio recreata nouabitur ore.

Laus tua, perpetuum duret tua gloria tempus,  
Et fabricata volens operum monumenta secunda,  
Cuius in aspectu tellus exterrita nutat,  
Et pauida fumant tacti formidine montes.

Dum in bar hoc nitidi video genitabile cæli,  
Dum vno, spiroq; Deo mea carmina dicam.

Vocibus



208 PSALM. LIB. IV.

Vocibus ille meis tantum bonus annuat, illo  
sat felix. sat vita mihi splendet amico.  
Extirpata solum scelus, impietasque, relinquunt,  
Te mea, sancte Parens, mens nunquam ingrata,  
sonabit.

PSALM. CV.

Confitemini Domino, & in-  
uocate.

**A**ternum cantate Deum, nomenque vocate.  
Nominis Isacidae. Populos hunc esse docete,  
Cuius habet nullos, eterna potentia fines.  
Voces, lyra, plausu, contentibus inclita leti.  
Dicite quae valida fecit miracula dextra.  
Illius augustum sit gloria tollere nomen.  
Quaerere, quae situm vera inuenisse voluptas.  
Quaerite, nec dubium venient in pectora vires.  
Illius. O curis ardet perennibus orans.  
Facta memor recolat, mens illa ingentia, quando  
Prodigiis Pharios egit, quando inter arenas  
Inuentas Arabum docuit sua iura parentes.  
Vos genus Abrami, lecta de stirpe minores.  
Alloquor Isacidas, noster Deus omnia frenat.  
Et trutinam mundum non falso examine pendit.  
Ille memor fidei pactae rata fœdera seruat.  
Mille fluant, quamuis ab auro, secula, seclis.

Qua

PSALM. CV. 209

Que semel Abramo, & soboli iuravit Abrami.  
Iacobum statuit mansura immota nepotem,  
Huius & aeternum nos posteritatis alumnos.  
scilicet arua tibi dixit Cananacia seruo,  
Certa futura tuae tanquam patrimonia sortis.  
Tunc autem nostra pauci de stirpe colebant,  
Et profugi ignotis mutabant gentibus agros.  
Non tamen indigenis populus fuit advena ludo:  
Quin pronos in eum moliri hostilia Reges  
Corripuit, ne tange meos gens effera Christos  
Dixit: & in sanctos sit nulla iniuria vates.

Cumque famem terra laxis inferret habenis,  
Vt victum miseris mortalibus arua negarent:  
Ante Paretonia legauit in oppida gentis  
Aemula Iosephum quem vendidit ira suorum.  
Hic falso iudicio non aqua in vincula missus  
Sana tulit, donec inueni lux aurea fulsit,  
De caelo afflatam soluit quae in somnia liguam  
Educlo vinculis, qui late antiqua tyrannus  
Aegypto tum iura dabat, mandauit habenas,  
Vt Pharon atque aulam regeret primarius Heros.  
Et proceres ignota, senes meliora doceret.  
Hinc pater vndantem petijt nouus accola Nilum  
Iaculus cum stirpe Chami regionibus hospes.  
Quem Deus ingenti numero increuisse nepotum  
Fecit, & ardentem faris super extulit iostem.  
At metus, unanimis, & conscio rretere liber,  
Consilia Aegypti mutauit in impia Regem.  
Hinc odys populum sanis, hinc arte maligna

O

CHRA



210 PSALM. LIB. IV.

Cura fuit duro miseris abolere tyranno.  
Sed Genitor Mosen, & fratrem misit Aronem,  
Qui Pharias agerent magnis terroribus vrbes.  
Continuò iussis parent celestibus calbo,  
Et Deus inuoluit picea caligine calum:  
Vertit aqua fluiuis in nigrum sanguinis amnem:  
Occidit tremulos per stagna liquentia pisces.  
Terra dabat querulas pro frugibus humida ranas,  
Attonitis etiam lautæ in penetralibus aula.  
Asper acerba sonans muscarum exercitus alis  
Increpuit, Pharias texerunt Cyniphes oras,  
Decidit inuisa lapidosus grandinis imber,  
Flammaq; nec viti frondes, nec ficibus vmbra,  
Nec poma arboribus, nec sylua arbusta reliquit.  
Moxin reliquias impasta locusta volauit,  
Et diros acuit morsus in gramina bruchus.  
Nec Pharos hic cessit, nec numinis ira quieuit.  
Corpora nosc thalamis quando intempesta fouebat,  
Primitias pecorum vindex hominumq; peremit.  
Tum fracti cecidit feruas animosa tyranni,  
Et gens sancta Deo tandem Pharon auspice liquit  
Dives opum, tacto morborum nemine telis.  
At Pelusiaci gaudent abuisse coloni  
Isaciæ si forte metus, Diræq; recedant,  
Et pax compositis redeat tranquillior auris.  
Nube Deus profugis Solem remonebat opaca:  
Fulgentem castris in noctem prætulit ignem.  
Indulsi gratas animum poscentibus escas,  
Aetheris querulas satiauit frugibus aluos.

Flumina

PSALM. CVI. 211

Flumina percusso dedit exundantia saxo,  
Et latium sinuq; bibulas implevit arenas. (ili,  
Hæc Pater omnipotens haud fœderis immemor  
Quo sibi perpetuum fidem sociavit Abramum.  
Sic Domus Isaci dum Pharios duce numine lata  
Fugit, & eieclis antiqua è sede colonis,  
Aedificata velut patria colit oppida fortis.  
Scilicet vt Domini teneant immobile fœdus,  
Et leges adeant, sancitaq; iura capebant:  
Æternum ò omnis quem laudibus efferat ætas.

PSALM. C VI.  
Confitemini Domino, quoniam bonus.

**E**ta Deum laudate bonum, clementia cuius  
Spatijs non clauditur aui,  
Facta quis eloquij felix ingentia dicet,  
Laudumq; æquabit honorem?  
O qui iura poli memores diuina reuoluunt,  
Et semper iussa capebant.  
Respice me carum populum quo lumine cernis,  
Placidusq; impende salutem.  
Vt videam Genitor bona, quæ largiris amicis,  
Vt letus gaudia gentis  
Alme tue capiam, sociusq; ad carmina tendam,  
Tibi quæ tua prædica dicunt.

O 2

Nos



## 212 PSALM. LIB. VI.

Nos & aui scelerum penis obnoxia turba  
Immania fecimus olim.  
Non Pelusiacas illi tua facta per vrbes  
Animo sapiente notarunt.  
Nec meminere tua quanto bonitatis amore  
Vincla effugere Tyranni.  
Inuia te propter pelagi caua littora rubri  
Irritauere frementes.  
Seruasti tamen immeritos, vt nosceret orbis  
Cali, pelagiq; potentem.  
Nam simul increpuit tua vox salis alueus imas  
Ostendit sicus arenas.  
Inter aquas populum duxisti in tuta, per aqua  
Strati velut & quora campi.  
Et vindex odq; panna, armorumq; locasti  
Aduerso in litore saluum.  
Vuda sed oppressos glomerata resorbuit hostes,  
Nullo fugiente procellam.  
Tunc habuere fidem verbis, tum voce canora  
Domino cecinere triumphum.  
Attamen obliiti rerum sanctissima patrem  
Non sustinere mouentem.  
Et cupida flamma torrente libidinis acli  
Per inhospita saxa quietum  
Tentauere Deum sceleratis annuit ille  
Vsq; ad fastidia votis.  
In trepidis Mosen castris furor emulus egit,  
Et sacrum Arona Tonantis

Terra

## PSALM. CVI. 213

Terra sed immani gremium patefecit hiatu,  
Raptumq; Daibana vorauit.  
Et coniuatos Abironis vt hausit, apertis  
Commisit gurgitis oras.  
Arst flamma rapax, turpem populata senatum,  
Capita impia detulit Orco.  
Nec penis domiti solitum posuere furorem:  
Sed conflauere iuuenium.  
Horebi ad montes, & fusilis ante metallis  
Proni cecidere figuram,  
Mutauere sui decoris praeconia, Tauri  
Carpentis imagine faxnum.  
Naminis immemores, quo solo impune volarant  
Ad libertatis honorem.  
Territa prodigijs Aegyptus cessit, & arua  
Chammi treme facta coloni.  
Cuius ab imperio suspensis horruit vndis  
Mare cum vada vidit apertum.  
At genus ingratum stirpe euertisset ab ima,  
Ni Moses lenia fando  
Orasset veniam, lethumq; inferre parantem  
Dominum reuocasset ab ira.  
Quid memorem toties questi fugientia longe  
Optati limitis arua  
Vt propius venere, soli nihil vberis equor  
Animis duxere superbis.  
Hortantiq; Dei certi non credere dictis  
Castra inuoluere querelis.

O 3

Extalis



214 PSALM. LIB. IV.

Extulit ergo manum deferta per aua, gentem  
Ut sterneret ense rebellem,  
Reliquias varijs profugas erroribus oras  
Populorum ferret in omnes.  
Interea Phegoris ritus didicere Baalis,  
Et Dijs libata sepulcis  
Extā vorauerunt. Pro talibus at Pater ausis  
Contagia lurida misit.  
Sed bonus egregia Phinees ut cæde litauit,  
Pestis fugere sagittæ.  
Idq; viro factum decus immortale nepotum  
In feros attulit annos.  
Propter aquas Meribæ gens seditiosa Tonantem  
Iterum commouit: & ipsum  
His adeo furijs Mosem popularibus egrum  
Iurgante coarguit ira.  
Quid mandata sequar? populis, occidere iussi;  
Vitam pro morte dederunt.  
Gentibus immisti, quarum cum ritibus vltro  
Sunt numina vana secuti.  
Et seruire Deum pictis voluere figuris:  
Vnde omnis causi malorum.  
O scelus: horrendis sua pignora manibus Orci  
Ipsi occidere parentes.  
Fumantem pateris ipsi effudere suorū  
Spectra ad Cananæa cruorem.  
Innocuo maduit tunc hospita sanguine tellus,  
Patrum maculata furore.

Calez

PSALM. CVI. 214

Cælestisq; tori gens aspernata pudorem,  
Sibi legit adultera sordes.  
His Deus auersus, stirpem, quam legerat, odit;  
Detestatamq; reliquit.  
Inq; potestatem gentis venisse superba,  
Dedit & seruire tyrannis.  
Tum grauis imperij fastus experta minaces,  
Cristas, animosq; remisit.  
Sed Pater aspiciens quæ dura, atq; aspera ferret,  
Captiuam sepe redemit.  
Nec tamen ingenio vidit meliora relicto,  
Sed propter crimina rursus  
Occidit, & cali patrem miseranda rogauit:  
Pater annuit, & memor icli  
Fæderis, irarum laxas compressit habenas  
Iam lenis: & aenea quondam  
Gentis inhumane molluit pectora, cuius  
Fasces captiua ferebat.  
Eripe nos Genitor, totq; à regionibus actos  
Ad patria collige tecla:  
Nomen ut alme tuum tollamus in athera plausu.  
Tua lati ut facta canamus.  
Sit Deus Isaciū celebris, dum secula voluit  
Stellis redeuntibus æther.  
Vocibus, & fremitu plebes hilarata secundo,  
Domino sit gloriæ, clamer:  
Amen, Amen.

O 4 IN



IN QUINTVM  
LIBRVM PSAL-  
MORVM  
INTERPRETATIO POE-  
TICA LATINE.

PSALM. CVII.  
Confitemini Domino quo-  
niam bonus.

**R**ecita bonum laudate Deum, quem se-  
cula mitem  
Omnia nascentis sensere ab origine  
mundi.

Vos memorate bonum, quos duro ex hoste receptos  
Amisse antiquas patrie reuocavit in oras:  
Exilium seu terra fuit, qua lucifer exit,  
Sen qua purpureos sero lauat a quore crines,

Humida

Humida sue Noto, Boree seu torrida flatio.  
Errarunt profugi deserta per avia quondam,  
Qua sedes hominum nulli posuere coloni.  
Non fuit vnda siti, non esurentibus esca:  
Inq; malis animus duris stupefactus inhaesit.  
Alma Dei afflictis orarunt numina rebus,  
Et Pater auxilio miseros praesente leuauit,  
Reclisitq; viam, qua tandem in culta venirent.  
Ergo bonum miseris Dominum succurrere dicant,  
Et quibus humanum factis genus erigat vltro.  
Ille animam rerum penitus satiauit inanem,  
Membraq; restituit iam deficientia, vite.  
Cum vinculi in tenebris, & lethi horrore iaceret.  
Afflictisq; famem gement, ferrumq; timerent:  
(Scilicet aethereis fuerint quod legibus olim,  
Constlysq; Dei tranquilla in pace rebelles)  
Tot damnis humiles, & mille doloribus egri,  
Auxilio vacui, Dominum sibi adesse rogarunt;  
Qui miseris facilem clamoribus appulit aurem:  
Damnaq; placatus repulit quacunq; tremebant.  
Ergo bonum miseris illum succurrere dicant,  
Et quibus humanum factis genus erigat vltro:  
Ostia tot factis qui vclibus aenea rupit.  
Nescia mens hominum, parca securam futura  
Indulget vitis; languor tamen vndiq; missus  
Savit, & ingrati torquent fastidia vicius.  
Interea macies egros, & lechifer astus  
Ducit in attoniti figentia limina busti,

O 5

At vo-



218 PSALM. LIB. V.  
At votis Dominum fracti, precibusq; fatigant,  
Et timidos facilis vicina à morte reducit:  
Immisso curans lethalia vulnera verbo.  
Ergo bonum miseris illum succurrere dicant,  
Et quibus humanum factis genus erigat vltro.  
Laudum sacra ferant, demptos se à funere vulgent.  
Qui tumidum pandis late mare nauibus errât,  
Mutantes alio rectas à littore merces,  
Numinis in medio cernunt miracula ponto.  
Cum iubet, emisse crepitans sonat halitus aure,  
Et mare nunc caelo, stygijs nunc manibus infert.  
Mens nautis, animusq; cadit, fumantia vino  
Largius haussissent veteris ceu pocula, nutant.  
Rector in incerto positus, nec remige nauem,  
Nec velo Zephyros, nec sustinet aquora clauo.  
Vna salus orare Deum, si fortè remittit  
Tempestas, & opem bonus implorantibus affert.  
Stare iubet ventos, tempestatemq; sflere.  
Et pigri in morem stagni tumida aquora placat.  
Mirantur posuisse Notos, latiq; secundis  
Flatibus adueniunt patrios duce numine portus.  
Ergo bonum miseris Dominum succurrere dicant,  
Et quibus humanum factis genus erigat vltro,  
Illam in concilijs populi, patrumq; senatu  
Ingeminent, referant illi euasisse profundum.  
Flumina desertis arentia mutat arenis,  
Reddit siccæ vagis humentia fontibus arua:  
Et pingues sterili viuat saluagine campos,

scili-

PSALM. CVII. 219

scilicet indigni quoniam meruere coloni.  
At contra arentes in stagna liquentia glebas  
Vertit, & irriguis inducit flexibus amnes.  
Has Genitor sedes turba largitur egena,  
Illa sibi leges concors, & mentia ponit.  
Sulcat humum ferro, lectas ferit ordine rites,  
Et noua respondent cultorum semina cura.  
At pater indulgens operi, nunc temperat astum  
Imbribus, aëros arcet nunc solibus imbres.  
Prole domos, fetis agros animantibus implet.  
Quod si nequities profugos agit emula mores,  
Contrahit effusus largæ pietatis habenas.  
Hinc abit in nihilum magne Respublica gentis,  
Pars obeunt morbis, pars belli iure tyrannis  
Succumbunt, laceram pars seditionibus urbem  
Effugiunt, ipsi proceres in montibus errant.  
Innocuos Genitor, sed non patietur anhelam  
Deplorare famem, gregibus sed ouilia latis  
Plena dabit, referant vt tella antiqua bonorum.  
Hæc iusti aspiciunt hilares, at muta silescit  
Improbitas. Sapiens dè qui hæc sub pectore voluit,  
Quem Domini bonitas seruat sciet alma tenorem.



PSALM.



## PSALM. CVIII.

Paratum cor meum Deus.

**C**or est paratum, vox, lyra, nablia,  
Ad te canendum Rex bone caelium:  
Hoc mens anhelat, tinnulæq;  
Huc cithara meafama tendit.  
**V**os inuncta dulci nablia barbuto,  
Cælum priusquam lux nova detegat,  
Proferite cantum: mane surgam  
Ante vagos Orientis ignes.  
**T**e sancte dicam Rex habitabiles  
Mundi per oras: audiet accola  
Me, qui calentem potat Indum,  
Aut Tanais glacialis undas.  
**E**nignitatis laude micantium  
Ascendis vltra lumina syderum:  
Fideq; tranas inquietas  
Aërea regionis arces.  
**S**tillante fulge clarior athere,  
Tuaq; profer lampada gloria:  
Vt innocentes liberentur,  
Quos animo refoues amico.  
**D**extra innocentem me tua sospitet,  
Has aure voces lenior accipe:  
De monte cali te loquentem  
En video mihi grata Regem.

Placet

Placet quod optas. Iam tibi partiar

Arum Sichemes nobile messibus:

Demetiar vallem Sochoti

Plamitie viridantis vda.

**B**isena proles est mea, scilicet

Ortus vetusto sanguis ab Isaco:

Galad, Manasses, Ephraimus,

Præsidium, clypeusq; regni.

**I**udas paterni sceptrifer imperi

Det iura lectis regia fratribus:

At sit Moabi stirps, abenum

Quo gelida lauer amnis vnda.

**V**exilla Idumes finibus inferam:

Aut victa subdet se mihi principi,

Aut gens Palestine rogatum

Accipiet cohibenda sedus.

**M**unita quis me ducet in oppida?

Arces Idumes ecquis in arduas

Mecum profectus militando

Per trepidas equitabit vrbes?

**Q**uis ducet? ibis tu pater agminum

Ductor meorum qui prius impios

Nos reppulisti, non gerendo

Signiferi velut ante munus.

**S**ed nunc in arctis alme pericu lis

Te siste primum: spes alit irritas

Quicumq; mortalem futuram

Auxilio sibi credit hastam.

Te pra-



## 222 PSALM. LIB. V.

*Te praeliantes fortiter ausspice  
Caso in penates hoste redibimus:  
Aduersa castra, & perduelles  
In nihilum tua dextra vertet.*

## PSALM. CIX.

**Deus laudem meam ne tacueris.**

**P**ater colende, laudis ò autor mea  
Ne finge nunc silentium.  
Sceleratus, & dolosus en hiscit, suis  
Vt virus oris enomat.  
Odiosa notis verba texunt fraudibus.  
Et immerentem praelijs  
Vltro fatigant. Altra quorum gratia  
Votis adiuui sidera:  
Reddunt amanti mille contumelias,  
Pro commodis incommoda.  
Hunc sub tyranno pone, diris urgeat  
Hunc leuis atris Angelus.  
Reus citetur, & se uero prodeat  
Damnatus à pretorio.  
Oratione quando facta diluet,  
Acceperbet in se iudicem.  
A Eui ante metas funeretur: & locum  
Honoris alter auferat.  
Sit orba proles, vxor at solatijs  
Desecta coningalibus.

*Soboles*

## PSALM. CIX.

223

*Soboles oberret maesta; victus indiga  
Ab ade patris exulet.  
Bona fœnerator exigat, laboribus  
Quæsta multis occupet  
Alienus hæres. Nemo prasidio leuet  
Misertus orbos liberos.  
Cadat propago tota, prima sanguinis  
Origo, sit nouissima.  
Vltoris ante numinis vultum patris  
Iniquitas obambulet.  
Incesta matris acta ne fugacibus  
Obliterentur seculis.  
Hæc fixa menti Rector æternus gerat,  
Vt vindicet; sed incolæ  
Terra hunc silescant. Non misertus pauperis,  
Nulli sit vnquam siebilis.  
Nam persecutus indigum, letho dare  
Conatus est innoxium.  
Maledictionem fouit, ipsi eat comes  
Amara detestatio.  
Benedicta fugit, nemo comprecabitur  
Illi secundos exitus.  
Maledictionem vestis instar induit,  
At repisit in præcordia,  
Vt hausta siccæ vnda per venas meat,  
Et ossa oliuum funditur.  
Hoc clarus humeros cinis ornet pallio,  
Accingat hoc se balteo.*

*Remune-*



## 224 PSALM. LIB.V.

Remuneretur premio hoc illos Deus,  
Qui detrahunt, qui fabricant,  
Mibi vnde peream. Sancte me parens tuus  
Ob nominis clementiam:  
Defende egenum, pauperem, cor anxium  
Gravissimis doloribus.  
Recedo, qualis umbra sera deficit,  
Sub noctium crepusculo.  
Locusta sicut excido, virentibus  
Decussa ramis arborum.  
Genua vacillant, languidos ieiunij  
Exuccus artus defero.  
Illudit hostis, in meum quassat caput  
Et quando contumeliam.  
Opem seralme conditor, serua tua  
De more me clementie.  
Vt te volente me flagellatum sciant:  
At sospitante sospitem.  
Illi impotentes euomant conuicia,  
Tu me beabis interim.  
Cadant pudoris oblitis coloribus  
Seruus tuus letabitur.  
Notis aperti luridis infamia  
Qui me peccant opprobrijs  
Tegantur, humeris vestis ad pedes fluens  
Vt omne corpus induit:  
Ego coacta plebis in frequentia  
Deum sonabo laudibus.

Fueris

## PSALM. CX.

225

Fuerit egeno quod patronus, vindicans  
Ipsam feris ab hostibus.

## PSALM. CX.

Dixit Dominus Domino meo.

**G**RATA meo Dominus Domino sic ore locutus  
Dixit, Parenti Nate dexter a side.  
Donec sacra pedum deuoluo ad scamna tuorum,  
Fractis rebelles amulos cervicibus.  
Imperiosa feram domitum tua sceptrum per orbem  
Clara Sionis e nivali vertice.  
Scilicet vt tumidos vultus domineris in hostes,  
Mediusq; cum illis imperes mortalibus.  
Quando triumphabis, populus tuus aurea tecum  
Latis adibit iempla cantionibus.  
Vt ros ille tua gemmauit originis, ante  
Quam purpuraret ore nubes Lucifer!  
Iuravit Dominus, quæ non intrasse pigebit,  
Melchisedecis te sacerdotem fore.  
Scilicet antiquo ventura in secula more,  
Dum pulcher astra ducet æther ignea.  
Ipse tibi dexter fusca populabitur ira,  
Vulgoq; Reges sternet aduersarios.  
Attonitis etiam populis ad iura coactis,  
Ingesta passim cangeret cadavera.

P

Qui



226 PSALM. LIB.V.  
Qui tibi ne quicquam steterit contrarius armis,  
Luct insolentem tritus impotentiam.  
Tuq; sitim pelles vndante a sanguinis amne,  
Caputq; victor inferes astris tuum.

PSALM. C XI.  
Confitebor tibi Domine in  
toto corde.

**M**E siue patrum curia detinet,  
Cactus virorum seu popularium:  
Ex corde primum, tum sonoro  
In Domini feror ore laudes.  
O facta veri numinis inclytæ?  
Sic esse norunt qui cupientibus  
Ardent medullis, & Tonantis  
Artificijs monumenta querunt.  
Laus, pulchritudo, gloria fabricam  
Illius ornant, sancta volatile  
Decreta legum tempus vltra,  
Quod volucris fuit axe tendunt.  
Hæc summa verum, limes hic omnium  
Miraculorum quæ bonus edidit;  
Suum colentes nomen, olim  
Aetherea satiauit esca.  
Non ille pacti federis immemor,  
Formidolosa robora dextera

Ostendis

PSALM. C XI. 227

Ostendit olim, bella caro  
Pro populo generosa pugnans.  
Vt læta nobis scilicet oppida  
Pulsis colonis traderet. O manum  
Quam veritatis, nec mouendis  
Integritas comitatur A Equi:  
Quas nq; sanctis legibus imperat,  
Sum pæra curis iussa fidelibus  
Mansura semper, non fugacis  
Carniem patientur ani.  
E barbarorum sinibus, Isaci  
Stirpem recepit, cui rata fœdera  
Promisit æternum futura,  
Si coleret studiosa leges.  
Sanctum, & tremendum nomen amabile  
Est conditoris: Sed sapientia  
Addisce Tellus, esse verum  
Principium metuisse nomen.  
Hæc vna mentes regula dirigit,  
Quæ laude pollent perspicientia:  
Hinc fama nullis seculorum  
Exoritur fugitura pennis.



P 2

PSALM.



## PSALM. CXII.

Beatus vir, qui timet Domi-  
num.

**O** Felix animi, qui religiosus honorat  
Numen, piusq; iussa casto numinis  
Ardet amore sequi. Semen dominabitur eius:  
Deus piorum nam beat propaginem.  
Illius innocuos gaudent habitare penates,  
Opes, & alma vera fama gloria.  
Indeq; lethæum generans obliuia tempus,  
Non a quitatis auferet repagula.  
Offendent alij propter caliginis umbras,  
Iusto, bonoq; lux præsit atheris.  
Qui misera clemens inopum fert commoda sorti,  
Grauis autor æqui, indices affabitur.  
Machina nec trepidi quamuis ruat eruta mundi,  
Loco vacillans de suo mouebitur.  
Æterna accipient illum præconia fama:  
Nihil timentem fraudis humana rices.  
Quin Domino fretus manet imperterritus hostes,  
Visurus illos vt ruentes occidant.  
Dat sua pauperibus, decora immortalia cantus  
Opum superbo præferens ludibrio.  
Hinc illum roseis atrollet gloria pennis,  
Quam non vetustas delet, aut obliuio.

Impius

*Impius hæc oculis animi tormenta videbit:  
Horrenda fremdet intuens quod oderit.  
Se cruciet, donec pallens cæcis ossa renudet,  
Votis abibit ad sepultos irritis.*

## PSALM. CXIII.

Laudate pueri Dominum.

**V**ocibus lati pueri ò canoris  
Omnium patrem memorate rerum:  
Eius augustum super astra cantu  
Tollite nomen.  
Verba diuinum benedicta nomen,  
Huius à cursu fugientis aui,  
Ad futurorum vaga seculorum  
secula tollant.  
Solis à primo radiantis ortu,  
Ad plagam vasti maris occidentem  
Principis sanctum resonent mouentis  
Omnia nomen.  
Altior terra populis, corusca  
Syderum multo colit igne templa,  
Cuius ardentem radijs Olympum  
Gloria tranat.  
Qui Deos coëcto facitis metallo,  
Aut laborato simulacra trunco:  
Cui vaporantes simili dicatis  
Thuris acerras?

P 3

Noster



230 PSALM. LIB. V.

Noster aeternas habet vnus arces,  
Perq; terrarum latebras, & vltra  
Nubium tractus nihil occultentes  
Lumina ducit.

Ille deductos inopes ab vmbra,  
Publici lucem vocat in theatri:  
Oblitis caeno Tyrios egenis  
Vestit amictus.

Et toro claros locat inuidendo,  
Quo sedent Reges, proceresve Regum:  
Iussi dicturi, vel amica pacis  
Iura daturi.

Ille merentes sine prole matres  
Implet oratus sobolis: paternas  
Liberum felix noua mater vnde  
Incolit ades.


PSALM. CXIV.  
In exitu Israël de Ægypto.

**A** Bramidarum cum domus exitu  
Felice Memphim liquit inhospitam,  
Quam Nilus hyberna per aestum  
Alluuie peregrinus vndat.  
Iuda propago tunc fuit aetheris  
Sacrata Regi: tunc genus Isaci  
Vnum recepit, cuius omni  
Imperij regeretur auo.

Vidi

PSALM. CXIV. 231

Vidit rubenti pontus ab aquore,  
Scissoq; fugit territus alueo:  
Iordanis in fontes reduxit  
Attonitas fugitiuus vndas:  
Sese extulerunt culmina montium,  
Sicut minoris dux gregis exilit:  
Lufere colles, vt per arui  
Planciem viridantis agni.  
Quid est apertis cur mare str. Etibus  
Reclusa nunquam per vada fugeris?  
Iordanis ecquid te coegit  
In pauidos remeare fontes?  
Cur extulisti culmina verticem,  
Vt dux onilis se gregis erigis?  
Vestraq; moti sede colles  
Vt teneri salystris agni?  
Os terra pallens scilicet inclytum  
Formidolosi Ruminis horruit:  
Sub cuius aeterna propago  
Isacidum ditioe vinit.  
In stagna cautes hic Deus algida  
Vertit rigentes, & stitientium  
Leniuit ardorem, fluenta  
Eliciens ab hiante saxo.



P 4

PSALM.



## PSALM. CXV.

Non nobis Domine, non nobis.

**N**on nos meremur premia nobiles  
Victoriarum: sed Pater optime  
Tuum per orbem fama nomen  
Præpetibus ferat acta pennis.  
**T**uæ hunc honorem munificentia,  
Et veritati confer, ab efferis  
Ne gentibus victi rogemur,  
Vester vbi Deus est? Olympi  
Nam noster arces incolit igneas,  
Frenare mundum legibus efficace;  
Non vi parata, sed volentis  
Arbitry moderante nutu.  
**A**t ceterarum numina gentium  
Argenti, & auri sunt opus impium:  
Inuenta lymphati furoris,  
Barbaricæ labor officina.  
**S**tant signa rubris oribus aurea,  
Nictant ocellis amula viuidis:  
Sed nec profari, nec tueri  
Ars hominum dedit vlla truncis.  
**T**ornantur aures, sed nihil audiunt:  
Nares forantur, quas nec amœnitas  
Vernantium oblectat rosarum,  
Aut Arabum pia thura mulcent.

Tacitura

**T**acitura nunquam brachia porrigunt,  
Locove motis gressibus ambulunt:  
Non ora pandunt in sonoras  
Perpetuum tacitura voces.  
**Q**ui spectra fingunt talia barbari,  
Ac inde vanas spes sibi colligunt:  
(Contingat hoc tantum) suorum  
Se videant similes Deorum.  
**S**pem gens Abrami numine collocat  
In sempiterno, quo duce prosperas  
Pugnas obimus, quo tegente  
Arma trucis fugimus duelli.  
**H**unc in procellis sperat Aronia  
Proles futurum praesidium sibi:  
Casus ut omnes, & fementes  
Prætereat sine clade motus.  
**H**unc qui tremiscunt, tempora nesciunt  
Horrere curis tristibus aspera:  
Se protegendos namq; parma  
A Domini radiante sidunt.  
**I**lle, ille nostri non fuit immemor,  
Donis beavit sed Pater omnibus:  
Ille Israelis, ille Aronis  
Progeniem bonus vsq; fouit.  
**I**dem fouebit quas sibi viderit  
Seruire castis religionibus:  
Sine in iuuenta, siue cani  
In niveis senj capillis.

P 5

Maeste



234 PSALM. LIB. V.

Macte esto quisquis fidis Olympico  
Rerum parenti. Numine gratior  
Cresces amico, spes tuorum  
Et soboles animosa crescet.  
Nos separauit de grege gentium,  
Quas ducit error credulus auias,  
Rex ille celum qui solumq;  
Egregius fabricauit auctor.  
Stellis micantes irradiantibus  
Orbes dicauit cum sibi proprios:  
Tum gentis humana colonis  
Fragifera dedit arua terra.  
Ne te ergo laudent, qui lacrymabilis  
Conduntur vrna, quae silentia  
Oblita uiuorum sepulti  
In gelido reperere busto.  
Nos te canemus qui iubar aureae  
Haurimus aethra, nec tua seculis  
Laus finietur, sed vigebit,  
Dum veniunt, abeuntq; Soles.

PSALM. CXVI.

Dilexi, quoniam exaudiet.

**I**mmortale, Parens, mihi semper amabere Numē,  
Quod placidam querulis aduertis vocibus aurē.

Et

PSALM. CXVI. 235

Et te ritē colam, dum vitam hac aura fouebit.  
Iam dolor exanimum vicini oppresserat Orci.  
Quaeq; serunt miseris extrema pericula finem,  
Hic ego voce Deum, votisq; affatus, amicam  
Affer opem Genitor tanto in discrimine, dixi.  
Ille autem facilis veniam concedere, distis  
Annuit, & lethi me tristibus eruit umbris.

O Dominum, patremq; bonum: si vindicat ultor  
Iustus, at effusus humili succurrit habenis.  
En ego depresso nunc illo praeside viuo:  
Quare age funereas mens exue libera curas,  
Et donis letare Dei. Non corporis agrum  
Deferis hospitium, non stertibus humida semper  
Ora lauas: titubas non gressu affusa ruenti.  
Dedita sed monitis Domini caelestibus, ibis  
Casta poli viuos qua dirigit orbita ciues.

Cum trepidas sugerem curas, ego talia mecum  
Voluebam: Non certa fides mortalibus usquam est,  
In media quando silentem exponit arena,  
Sed memor aethereos qua laude remetiatur haustus,  
Autorem re canam, defensoremq; salutis?  
Accipiam calicem, grates altaria circum  
Effundam, tum multi veniam quod ab aggere liber:  
Et nomen supplex Domini immortale vocabo,  
Cui magno in populo soluam mea vota, ferenti  
Non impunē suos crudelem occumbere mortem.

En de stirpe tua famulum pater optime seruae,  
Vincula cui duri soluisi immania ferri.

Sacr.



236 PSALM. LIB. V.

Sacra tibi nuces faciam promissa iuuentis,  
Prima tua merito quamuis e: hostia laudes:  
Et nomen pura ter religione vocatum.  
Ergo tibi sanctis voti reus ignibus aras  
Instituan, populo circumdatus atria visam,  
Et medijs almas Solymorum in montibus arces.

PSALM. CXVII.

Laudate Dominum omnes  
gentes.

**L**ucifer emenso quas flammis ambit Olympo,  
Vestra sit ò gentes dicere cura Deum.  
Illius in populum manet indulgentia nostrum,  
Et viget aeternum non violanda fides.

PSALM. CXVIII.  
Confitemini Domino, quo-  
niam bonus.

**T**ollite conspicuum nota bonitate Parentem,  
Aeterna cuius permanet clementia.  
Gens canat Isaacidum toties experta benignum,  
Aeterna durat cuius indulgentia,  
Est domus ingeminet custos Aronia templi,  
Interminata Numinis benignitas.

Qui

PSALM. CXVIII. 237

Qui Dominum colitis, nullis age dicite metis  
Bonitas Parentis alma circumscriptur.  
Adfuit ille mihi, premerent cum dura, vocanti:  
Et in patentem duxit arui semitam.  
Hac stet, & humano coniurent arma tumultu,  
Timebo vanos nil furores omnium.  
Afferat auxilium, belli securus, & hostis  
Circumsonantes negligam formidines.  
Est mihi caelesti melius confidere Regi,  
Vlli virorum quam salutem credere.  
Tutius est Domino rerum committere molem,  
Quam fluctuanti principum impotentia.  
Finitime coeant signa in contraria gentes,  
Sternam fauente solus omnes numine:  
stridula me circum se tanquam examina fundant,  
Flamme instar illa sopientur aridas  
Vrentis spinas: & nomine Numinis arma  
Inimica victis ipse castris exuam.  
Vt ruerem toto nisi ferus impulit hostis,  
Deus at labanti fulcit in vestigio.  
Ille mihi robur, mihi laus, trepidaque salutis  
Erit, fuitque tuta semper anchora.  
Ocyus auditas repetent tentoria voces,  
Letae piorum nuncios victoriae:  
scilicet à Domino stratæ iactasse phalangas,  
Nos roboratis iussit ipse viribus.  
Credite, non moriar, vincam lethi arma superstes,  
Deique magno facta plausu disseram.

Ille



238 PSALM. LIB. V.

Ille mihi vindex admonit verbera iustus,  
At non acerbo funeravit exitu.  
Ostia Iustitia diuina recludite, grates  
Agam parenti debitas æquissimo.  
Hæc est porta Dei diuini conscia iuris,  
Culpa licebit ire qua vacantibus.  
Me Pater audisti facilis quod dura querentem,  
Mea ô saluti, araste semper canam.  
En lapis, artificum quem suspiciosa malorum  
In moliendo spreuerat dementia,  
In caput erectæ quadravit nobile molis,  
Lateræ ubi iungit bina pulcher angulus.  
Hoc Dominus fecit quod lumina detinet orbis,  
Quod intuenso nosmet obstupescimus.  
O concessa dies aeterno à Numine! lati  
Eia ô sodales gaudeamus gaudia.  
Nunc serua incolumè, nunc me, & mea facta secunda,  
O quem salutis alme legas nuncium!  
Omnia contingant vobis meliora rogamus,  
Templi, & sacrorum nobiles antistites.  
Ipse Deus, mundum qui iusta infrenat habena,  
Propiore lucis igne nos illuminat.  
Hunc sacratè diem, deuotaq; cornibus olim  
Vinclis ad aras immoletur hostia.  
Nam te voce Deum, te pectore numen habeo,  
Et quicquid ore valeo, te semper canam.  
Tollite conspicium nota bonitate Parentem,  
Aeterna cuius permanet clementia.

PSALM.

PSALM. CXIX. 239

PSALM. CXIX.  
Beati immaculati in via, qui  
ambulant.

℞ Aleph.

**T**Er beati, qui Tonantis  
Per vias inambulans.  
Sancta qui custodiendo  
Mente versant fœdera.  
Non iniqua molientes  
Hanc sequuntur orbitam:  
Quam tenere nos seuera  
Iussione præcipis.  
In tuæ præcepta legis  
Totus ò si dirigar.  
Tristior non erubescam,  
Illa quando fecero.  
Te magistrum cordis, artes  
Doctus AEqui, concinam.  
Tu tuæ relinque legis  
Ne sequentem tramites.

℞ Beth.

Salua quo inuenta viuere?  
Legis obseruantia.

Hanc



240 PSALM. LIB. V.

Hanc amica mente quero,  
Hanc, Pater, ne deseram.  
Præcipis quæcumq; condo  
Ne labascam, pectore.  
Me tuas magister oro  
Sancte leges edoce.  
Quas meo versare corde,  
Ore certo dicere.  
Hac voluptas antecedit  
Omnibus pecunijs.  
Ergo inissa mirer, A Equi  
Et vias considerem.  
Nulla nex, diesq; nulla,  
Quæ in bes oblitterent.

¶ Gimel.

DA mihi vitam, tuarum  
Iura legum persequar.  
Mira quam sint, conspicabor,  
si repurgas lumina.  
Illa ne peregrinanti  
Aduena subtraxeris.  
Quæ nimis desiderando,  
Mens anabela deficit.  
Execraris insolentes,  
Illa qui fastidiunt.  
At colendo ne superbis  
Sim vivis ludibrio.

Legibus

PSALM. CXIX. 241

Legibus rident potentes,  
Quod tuis obtemperem.  
Hac sed est mea leuamen  
Cura mentis vnica.

¶ Daleth.

Mens humi prostrata languet,  
Redde verbo sospitem.  
Quas sequor vias renarro,  
Me tuas sed edoce.  
Semitam reclude veri,  
Mira doctus eloquar.  
Liquitur mens ægra, verbo  
Effluentem recrea.  
Aufer a me frandis artes,  
Integrum ius exhibe.  
Vera sector, te probavi  
Indicata iudice.  
Ne pudori sit, quod illis  
Dedicatus heserim.  
Hac abibo, si refecto  
Pandis a quor pectori.

¶ He.

Me doce legum tuarum,  
Quem requiram, tramitem.  
Adde menti luminen, acer  
Facila custos sanciam.

2

Est



242 PSALM. LIB. V.

Esto dux, nam pectus ardet,  
Quam probaris orbitam.  
Huc meum cor secte, auari  
Non in auri copiam.  
Conspicer ne vana, torque  
Lumina, ex te pendeam.  
Verba coram pone, sanctum  
Quæ timorem suscitent.  
Ne probro sim, quando tantum  
Sancta lex me recreat.  
Iussa, quæ tam concupis  
Ipsame nunc sospitent.

1 Vau.

Me benignus cerne, verbis  
Et salus respondeat:  
Exprobanti namq; dicam.  
Figo spes in Numine.  
Veritas ne me relinquat,  
Speculo qui te iudicem,  
Sed tuam legem capeffam  
Seculorum in secula.  
Ambulem securus, illa  
Nam volo, quæ præcipis.  
De tuis, nec me pudebit,  
Ante Reges differam.  
Hæc voluptas est tuarum  
Scita legum voluere.

E2

PSALM. CXIX. 243

Et manus ad actiones  
Ferre iussas legibus.

1 Zain.

Eis memor promissionis  
Spem fontis ingiter.  
Res & hoc solamen arctas,  
Vnde viuo, sustinet.  
Vsq; me premunt superbi,  
Vsq; reclus incubo.  
Verso prisca seculorum,  
Do mihi hoc solatium.  
Sed tremisco cum recordor,  
Flagra mentis impie.  
Sit mihi lex sancta, carmen:  
Hospes hic dum vixero.  
Nominis tui per umbras,  
Et recordor federis.  
Hæc fatigat vna cura,  
Iussa velle persequi.

n Heth.

Rex, tibi parere, census  
Est mei pars optima.  
Ore fac promissa clemens,  
Vera consent exitu.  
Vt via reclus obirem,  
Ad tuas me contuli.

22

E2



244 PSALM. LIB. V.

*Sum paratus. iura seruem  
Vt tuorum facerem.  
Impiorum praecepit,  
Hoc laboro, scribis.  
Surgo summa nocte, cantem  
Vt tuis te laudibus.  
Omnium qui te verentur  
Sum bonorum particeps.  
Me doce cuius redundat  
Orbis indulgentia.*

¶ Teth.

*Fac Deus promissa, verbis  
Ceu clientis dixeras,  
Aequa sancta, casta pande,  
Iam tuis sto legibus.  
Ante penas abnuebam,  
Nunc paratus obsequor.  
O benigne, me benigno  
More scitis imbue.  
Multa congerunt iniqui,  
Sed tibi cor applico.  
Prosteris inebriantur,  
Ipse legem cogito:  
Lacrymose pana culpa  
Quam coegit discere,  
Quam tenere, praestat auri  
Mille fului laminis.*

¶ Iod.

PSALM. CXIN. 245

¶ Iod.

*Me tua manu politum  
Dote menti is perface.  
Te colentes me vid. bunt  
Stare lati legibus.  
Aequa iudicas, & aqua  
Me premis sententia.  
Sed benignus adde verbis  
supplici solatium,  
Leta praebe dona, vino  
Ex tuis nam legibus.  
Erubescant insolentes,  
Quo tuum vrgent supplicem.  
Ast amici me coronent,  
Qui tua, & te diligunt.  
Cor meum, ne sim pudori,  
Rite leges expient.*

¶ Caph.

*Qua salutis spe laborat  
Mens, eadem pascitur.  
Luminum vis agra languet  
Spe tui solatiij.  
Instar vris in camino  
Aridi te demoror.  
Quo seram vis vsq. diros  
Quando pietes amulos?*

23

Iura



246 PSALM. LIB. V.

Iura frangunt, & lacunas

Excavant, ut oppetam.

Vera sunt quacunq; mandas,

Hofte pulso subleua.

Penè lethum triste vidi,

Pacta nunquam deserens.

Supplicem tuere, leges

Vt tuas custodiam.

↳ Lamed.

Qua creas aeterna fient,

Vt Polus, si iusseris.

Qua q; promittis, manebunt,

Terra sicut permanet.

Te volente sol refulget,

Cuncta parent nitibus.

Legi ni tuâ stetissem,

Iam fuisset mortuus.

Eius obliuiscar, unde

Vino, nullo tempore.

Sum tuus, tuere, quando

Instituta factito.

Impij necare quarunt,

Fretus at te, negligo.

Cuncta letho cerno volui,

Iussa praeter Numinis.

↳ Mem.

PSALM. C XIX. 247

↳ Mem.

sic amo legem, perennes

Illi ut horas commodem.

Hinc meos hostes futuri

Vinco providentia.

Hanc colendo, me docentes

Prateriui doctior.

Hanc graues senes amando

Mente vici prouida.

Semitas fugi malorum,

Hanc bene ut custodiam.

A tua nil lege secto,

Quam magister edoces,

Melle dulci quam palato

Dulciorem sentio.

Hinc perosus vanitatem

Execror mendacij.

↳ Nun.

Lex meos diuina gressus,

Vt lucerna, dirigit.

Hanc tueri menti fixum

Haeret immutabili.

Federis memor subactum

Me leua periculis;

Edoce me scita, laudum

Immoiabo victimas.

24

247



248 PSALM. LIB. V.

*Quae tenebam, dira quamuis  
Imminerent funera.  
Nec reliqui, pene captus  
Impiorum vinculis.  
Hoc enim meum putavi  
Dulce patrimonium.  
Huc feror, ferarq; cali  
Haurio dum spiritum.*

□ Samech.

*Impios odi, tuarum  
Scita legum diligo.  
Ara, turris, spesq; verbum  
Est tuum firmissima.  
Turba me scelesti linque:  
Pacta quæram Numinis.  
Alme verbis adde vires,  
Ne tua spe decidam.  
Adiuua, seruabor, vsq;  
Persequar, quæ infferis.  
Deserentes te maligna  
Mente, iustè deseris.  
Quod malos vltor sequaris,  
Diligo quæ præcipis.  
Et tremisco cogitando  
Te malorum vindicem.*

Y Hain

PSALM. CXIX. 249

Y Hain.

*Æqua feci, dede iustum  
Ne calumniantibus.  
Iusta fac sancte capeßam,  
Ne superbi irrideant.  
D. m salutem, & scita legum  
Spero, torpent lumina.  
Fac tua ò benigne noscam  
Seruus vt miseria.  
Sum tibi seruus, tenere  
Scita da me federis.  
Tempus est iam legis hostes  
Sacrosancta persequi.  
Antepono quam talentis,  
Mille quam Topaxijs.  
Hanc amo riam, nefande  
Orsa fraudis exequor.*

Δ Pe.

*Mira sancis, quæ volutat  
Mens amando sedula,  
Porta verborum tuorum  
Inscentem illuminat.  
Ore hiantè inssa viuis  
Aerem ceu ebibo.  
Et tui soles amantes  
Me misertus adffice.*



250 PSALM. LIB. V.

Te docente pes regatur,  
Ne mihi fraus imperet.  
Felle fraudes, iusta pacti  
Ut ius custodiam.  
Funde lumen, doctor alma  
Scita pande regula.  
Lacrymis humector, ipsam  
Cum relinquunt improbi.

¶ Tfade.

Iustus ipse iusta rector  
Semper alme iudicas.  
Scita condis sempiterna  
Veritatis conscia.  
Aestuo, quod illa nequam  
Immemor gens spreverit.  
Cor tuus sermo perurit  
Quem medullis ardeo.  
Sum puer, s. m. spretus, at non  
Legis est obliuio.  
Stat tua equitas, manebis  
Fixa lex, & veritas.  
In laboribus fuerunt  
Qua mihi solatio.  
Aequa da callere iussa,  
Tunc dabis me vivere.

¶ Coph.

PSALM. CXIX. 251

¶ Coph.

Corde te vocante quaro,  
Iussa, noscam, fligito:  
Sospita Rex alme, leges  
Ut tuas custodiam.  
Lumen ante Solis, oro  
Te mei fiduciam.  
Excitatus ante lucem  
Volo leges auream.  
Me bonus clementer audi,  
Ut solebas sospita.  
Appropinquant legis hostes,  
Me perosi iniuria.  
Huc ades, qui iussa mundo  
Vera ponis arbiter:  
Iamq; pridem firma, nullis  
Eruenta seculis.

¶ Res.

Cerne fractum me, colentem  
Scita legis vindica.  
Arbiter defende causam  
Diligentis fœdera.  
Vita deserat scelestos,  
Aequa sicut deserunt.  
Obsequentem sed benignè,  
Ut solebas libera.  
Multus hostis me fatigat,  
Pacta sed non eiero.

¶ Illa



252 PSALM. LIB. V.

*Ille flammam peccati ira,  
Quod scelesti negligant.  
Cerne me, iussa ut capesso.  
Et benignè fossita.  
Vera promittis futuris  
Versoria seculis.*

¶ Sin.

*Principes me persequuntur,  
Sio sed almis legibus.  
In tuis applaudo verbis.  
Ceu talenta qui inuenit.  
Frandis odi vanitatem;  
Legis aqua diligo.  
Septies die, scientem  
Lando te ius dicere.  
Multa pax, errore nullo  
Est tibi parentibus.  
Spe tue salutis, alma  
Scita legis diligo.  
Illa mens custodit, illa  
Cor volens amplectitur.  
Hinc meas amicus omnes  
Intueris semitas.*

¶ Thau.

*Ad coce legum tuarum  
Die precantem fœdera.*

supplis-

PSALM. CXX.

253

*Supplicansem flagitata  
Iussa propter eripe.  
Te magistrum prompta magnis  
Laudibus vox concinet.  
Lingua dicit imperata  
Esse quam iustissima.  
Denti tua manus salutem  
Approbanti fœdera.  
Te salutem pesit, vrens  
Mens tuis se legibus.  
Vinat, & te predicabit  
Fulta pacti viribus.  
Ut pecus vagum require, haud  
Legis oblitum tue.*

Canticum graduum, siue  
ascensionum.

PSALM. CXX.

Ad Dominum cum tribularer.

**A** fferret agræ cum timor anxias  
Menti inquietus sollicitudines:  
De more castis audientem  
Me, precibus Dominum vocani.  
Regnator, inquam, falsa loquentibus,  
Ne me labellis afflet iniquitas.

Ne stil-



## 254. PSALM. LIB. V.

Ne stiller, oro, viperina  
Tabificum mihi lingua virus.  
Quid nam illa fraudum proferet artifex.  
Addet ve? Parthi nempe volatiles  
Mittet sagittas, & voracem  
Materiem stientis ignem.  
Heu me incolemem tempora inhospitalas  
Iam longa rupes, gens Arabum dis  
Tentiorum me sub atris  
Detinuit peregrina velis.  
Cum pacis alma scilicet hostibus,  
Grati loquebar fœderis ocia:  
At scuebant me videntes  
Aurifera meminisse pacis.

## PSALM. CXXI.

Leuavi oculos meos.

Circumferebam tristia lumina,  
Deserta mastus per iuga montium;  
Si forte quisquam rebus arclis  
Præsidium sociale ferret.  
Spes vlla certa non opis affuit,  
Nam quis tulisset? sed mihi Conditor  
Terra, poliç; deprecanti  
Auxilium feret in periclis.

Omne

## PSALM. CXXI.

255

O mens timori pallida frigido  
Ne cede, gressus fulciet optimus  
Custos bonorum, qui seipsem  
Non vigili statione mutat.  
Non singulari perspicientia  
Qui res piorum seruat inertia,  
Somnoç; dedet se, procella  
Res inopum quatienis Euro.  
Confide, pennis quippe salutifer  
Te condit almis, te regit inuisa  
Per saxa, dextra te prehensum  
Per nemorum comitatur umbras.  
Non astuosi te calor ætheris,  
Quo Sol adurit cætera torridus  
Adflasset, in noctemve Luna  
Tabificus nocuisset humor.  
Infesta nigro qua mala permeant  
Terras volatu, ne tibi noxia  
Curabit adsint, vt quietus  
Incolumi potiare vita.  
In bella vadas sine minacia,  
Petasve gesta re bene patriam,  
Custode semper hos obitis  
Æthereo Domino labores.



SPALM.



## PSALM. CXXII.

Lætatus sum in ijs, quæ dicta  
sunt.

**O**plena magni nuncia gaudij,  
Tam grata læto quæ mihi nunciant  
Nobis eundem nempe sanctos  
In Domini memorant penates.  
Ergo coronis ibimus, ibimus  
Velati in urbem, iam pede gestio  
Felicè portas, iam sacratum  
Ad Solymas tetigisse limen.  
O vrbs, domorum quam memorabilis  
Structura laudat: quam reliquæ petunt  
Vrbes, auitis vt Tonanti  
Imperij sua vota soluant.  
Nostri huc propago sanguinis aduolat,  
Non illa prisce fœderis immemor:  
Tei verendum vt nomen hymnis  
Et positis veneretur aris.  
Hic est Davidis Regia Principis,  
Hic est senatus curia nobilis,  
Sancta vnde patres iura possint  
In dubijs aperire causas.  
Vrbi secunde munerera regia  
Optate pacis largaq; fauissitas

Hoc

Illos coronet, qui precantur  
Æthereum Solymæ fauorem.  
Sis læta, gratis dicite vocibus,  
Te pax quietis manibus incolat:  
Et ciuium rumpat tuorum  
Mæsis humo pariente cellas.  
Materna propter pigriora comprecor,  
Et inuicta nudo fœderis oppida:  
Concedat vltro pax amica  
Vt teneat Solymæa tecta.  
Templi q; propter diua sacraria  
Lætè imperantis conscia Numinis  
Vrbs alma flore, nec tumultus,  
Aut trépidos patiare casus.

## PSALM. CXXIII.

Ad te leuauit oculos meos.

**A**D te parentem lumina sustuli,  
Rerum procellæ dum graue detonant:  
Qui cuncta fœnis ex Olympi  
Verticibus radiantis vrbes.  
Nutus heriles seruis vt afficit,  
Promptus minister in ista capefferet  
Ancilla vultus annuentis  
Vt Domina placitura seruat:

R

Sic



258 PSALM. LIB. V.

*Sic intuentur lumina principem  
Te sancte nostrum, donec amabilis  
Oblitus irarum iacentes  
Nos videas miseratus ore.  
O parce nostris alme piaculis,  
Tandemq; lenis porrige dexteram:  
Iam vita longam nostra maret,  
Dede:oris satiata potu.  
Opprobriorum plena capacitas  
Iam mentis hauslos despicientia  
Succos refundit, nec superba  
Scuitia recipit tumorem.*

PSALM. CXXIV.

Nisi quia Dominus erat in  
nobis.

**N**isi adfuisset Numen Olympicum  
(Dicant nepotes nobilis Isaci)  
Nisi adfuisset, qui gubernat  
Vnanimi ratione mundum:  
Gens belluinis effera moribus,  
Pugnare magnis viribus efficax,  
Nos forte viuos, & calentes  
Viperea tumulasset alno.

Tunc

PSALM. CXXIV. 259

*Tunc ira mentis prodiga barbara  
Soluens ferori vincula, forsitan  
Nos instar ynde deuolutes  
AEquoreo rapuisset astu.  
Torrentis instar, quem super inuium  
Attollit Auster nubilus alueum,  
Creuisset amnis, quem vadari  
Non anime sine morte possent.  
Sit sospitali gloria numini,  
Quo dante seuos fugimus impetus  
Nec barbarorum membra dentes  
Lethifero tetigere morsu.  
Crudelitatis retia fugimus,  
Ales dolosum ceu fugit aucupem:  
Ruptisq; nodis euolauit  
Gens aliam subitura sortem.  
Almi salutem Principis attulit  
Hanc vmbra, cuius nomine nitimur:  
Telluris orbem qui creauit,  
Et supera regionis oras.*



R 2

PSALM



## PSALM. CXXV.

Qui confidunt in Domino.

**Q**ui Deo fidunt imitantur arces,  
Quae suis fundant humeris Sicut enim  
Nec timent. septem fera cum laceffunt  
Bella Triones.


Ardua aeternum gravitas iugorum  
Inclita muros Selyma coronat:  
At Deus lectos sine clade in animum  
Seruat amicos.

Non enim sceptrum patietur hostis,  
Gentis in sortem melioris ire:

Fracta ne damnis scelerum malignas  
Occuget artes.

Da Parens castis bona liberalis,  
At super notos animo rebelles  
Instar affissi mala d'ferantur  
Aspera nimbi.

Aduolet sacram tua pax in urbem  
Regiam lecta sobolis. quietum  
Tempus aspiret, posita cruentis  
Cusside belli.



PSALM.

## PSALM. CXXVI.

In conuertendo Dominus captiuitatem.

**C**um Deus Assyria captam Babylone Sionem,  
In patriam iussit tecta redire soli:

His similes fuimus noctis quos somnia ludunt,  
Gaudia qui nunquam vera futura, vident.

Cum tamen id fieret, mutato rissimus ore,  
Et cursum lacrymis impediere gena.

Nemo Deo meritas non grates laetus agebat,  
Quod patriam exulibus restituisset humum.

Nec minus indigena gratum fremuere, loquentes,  
En Deus ut profugos respicit ille suos.

Sic est, tanta Parens nobis haec gaudia fecit,  
Letaque siccatibus ora dedit.

O age captiuum sic redde penatibus agmen,  
Augeat ut hybernas fluminis Auster aquas.

Nam veluti glebis vndam sitientibus expes  
Semina cum lacrymis mandat arator humo:

Sed simul ac segetes torpentes euocat imber,  
Farra metenda mihi grandia, laetus ait.

Sic post exilium tam tristitia radia longi,  
Ad patriam reduces mittimur arua soli.

x 3

PSALM



## PSALM. CXXVII.

Nisi Dominus ædificauerit  
domum.

**C**æpta molitur nisi tecta Numen,  
Quisquis infelix opus inchoasti,  
Cautus insana meditare curas  
Ponere mentis.

Ni Deus seruat miseratus urbem;  
Noctis incassum vigilat per umbras,  
Qui super uotas spatatur æcri  
Lumine turres.

Mane si lucem prior ante surgas,  
In tuas sero rediturus ades,  
Ni laborantem Dominus leuarit,  
Vana laboras.

Nec tibi victum misero parabis,  
Nec famem tectis remouebis atram:  
Semper in tristi positus quereris  
Aspera luctu.

At suis mittet placidum soporem;  
Interim plenos satiabit agros:  
Liberum claro faciet penates  
Semine letos.

Vt manuum laeues decorant sagittæ  
Militis prompto iaculantis arcu:

Sic ho-

*sic honoratum soboles honestat  
Mascula patrem.*

*Talibus felix iaculis pharetram  
Quisquis implebit: rubor ora turpis  
Non lines illi generosa causam  
Dicere iusso.*

## PSALM. CXXVIII.

Beati omnes, qui timent Do-  
minum.

**O** Te beatum, qui times Dominum, rias  
Eiusq; purus ambulat.

Tua fueris dextera laboribus,  
Cris solutus asperis.

Gravida racemis vxor ut vitis domum  
Reddet pudica nobilem.

Mensamq; cingent liberi, cen consistit  
Æris olina pinguibus.

Virum fouebit alma sic felicitas  
Legem colentem Numinis.

Beet ex Sione te Deus, solyma velit  
Felicis esse compotem,

Dum vita lumen æris spirabile  
Meantis hic donauerit.

R. 4

Videat.



## 264 PSALM. LIB. V.

*Viduasq; natos liberam superstitis,  
Alente pace Abramidis.*

## PSALM. CXXIX.

*Sæpe expugnauerunt me à  
iuuentute.*

**D**ixerat Isaciam verum genus, impia turba  
Primo laceſcit me iuuenta à limine.  
Intulit arma pjs à primo flore iuuenta,  
Semperq; voto pugna ceſſit irrito.  
Impoſuere graues dorſo gens improba moles,  
Altiſ ararunt terga ſulcis verberum.  
At Pater omnipotens fures, & abenea ſoluet,  
Que grex malorum fecit atrox, vincula.  
Confuſi trepidant, vertant formidine terga,  
Animo eſt Sioni quiſquis impacabili.  
Gramina ventofis referant orientia teſtis,  
Iam tempus ante ſalcis vſta ſolibus.  
Vnde nec impleuit dextram qui ſtringit ariſtas,  
ſinumve, meſſor qui manipulos alligat.  
Quis etiam tali bene verba precantia meſſi  
Non dicat illa, quæ viator aſſolet.



PSALM.

## PSALM. CXX. 265

## PSALM. CXXX.

*De profundis clamaui ad te  
Domine.*

**C**lamaui ex animi Genitor penetralibus alme,  
Audi è profundis inuocantem ſuclibus.  
Aure bonus ſacili cape lamentabile carmen,  
Precibus benignus luctuoſis annue.  
Omnia ſi memori malefacta in pectore ſeruas,  
Tua quis ira ſuſtinebit impetum?  
Eſt tibi quod ſperet rea mens prece ſteclere Numen,  
Vt ſis timori, iura das mortalibus.  
Dicã equidẽ, recreant tua me promiſſa morantem,  
Animaq; voti certa ſperat exitum.  
Non ita qui noctem vigilat, in bar optat Eoum,  
Vt te manemus. Ergo te ſperent pjs,  
Cuius adeſt hominum generi exorabile numen,  
Facileq; nodos ſeruitutis rumpere.  
Iſacidas redimes fracto, qui detinet, hoſte;  
Animiq; ſolues obligati debita.



R 5

PSALM.

PSALM. CXXXI.  
Domine non est exaltatum.

**S**i ventosi leues aluit iactantia fastus,  
Elatos oculos si per inane tuli:  
Ardua si peti, maiorq; viribus opto,  
Aut reputo meritis quaeq; minora meis:  
Pro latis veniant, non deprecor, aspera rebus,  
Panaq; sit tumida mentis habere nihil.  
Vt puer in matrem depulsus ab ubere tendit,  
Spes mea sic Dominum te petit vna suum.  
Hunc sperate p[ro]p[ter] nunc, & quae cunq; futura  
Secula venturae posteritatis erunt.

PSALM. CXXXII.  
Memento Domine Dauid.

**D**auide Genitor qui sit, reminiscere promptum  
Scilicet in duris tua iussa capessere rebus.  
Isacidum Domino votis se talibus olim  
Obstrinxit, Non ante domum, lectumq; subibo  
Rofida tranquillo declinem vt lumina somno:  
Quam sedem inueniã sancti in fundamina templi,  
Iacobiq; Dea mansura sacraria ponam.

Euphra-

Euphratae vagus dum fortè cacumina iustro,  
Et nemorum saltus, accepi ex aethere signum,  
Vnde Pater noui vellet quo in vertice templum.  
Ibimus illius nunc in tentoria lati,  
Quemq; locum pedibus tetigit, libabimus ore.  
At deuota parens vltro tibi limina rife,  
Et tecum sacris arcem penetralibus infer.  
Casta mente litans inear tua templa sacerdos,  
Latitiaeq; fremant gens sancta altaria circum.  
Me propter stabili te religione colentem  
Christi prima tui ne despice vota severus.  
Tu mihi iurasti quae non dabis irrita solui,  
Scilicet è nostro sessurum sanguine Regem  
Abramidum solto. Quod si mea iura nepotes  
Seruati, inquis, monstrataq; sedera discent,  
Posteritas regni imperium soliumq; tenebit,  
Irrequieta vagæ dum vertitur orbita flamme.  
Quippe mihi elegi fundatam in rupe Sionem,  
Quam requie, sedemq; fluit dum tempus, habebo.  
Prodigus hinc inopum turbis alimeta refunda,  
Et grauidis latos augeto frugibus agros,  
Ipse sacerdotes comitabo saluifer aras  
Vsq; meas, populoq; dabo gaudere quieto.  
Hinc ego Dauidicis stirpem è radicibus altam,  
Iam latos inbeo circum diffundere ramos.  
Immittetq; mei iubar indelebile Christi  
Ardentes radios, quorum fulgore micabit  
Quicquid ab occasu Solis se extendit in ortum.

At



268 PSALM. LIB. V.

*At maculis tingam quoscunq; rubentibus hostes;  
Illis imperio duos submittere collam,  
Aeternum voluisti quem mundo imponere Regem.*

PSALM. CXXXIII.

Ecce quàm bonum, & quàm  
iucundum

**N**il se legitimo fratrum componat amoris:  
Nil certet alma pectorum concordia.  
Non tam grata suis disillanti balsama guttis,  
Linunt Aronis qua sacra verticem:  
Carasq; diffusi per menta liquoribus vndant,  
Oram niualis in fluentem Carbasi.  
Nec tam delectat ros matutinus in herba  
Hermonis, alto vel Sionis in iugo:  
Inanimes Domini iuuat in metata penates,  
Auetq; letis rebus indulgentia.  
Natos notorum, quiq; exorientur ab illis,  
Felice vitæ mandat ut cursu fluant.



PSALM.

PSALM. CXXXIV. 269


PSALM. CXXXIV.  
Ecce nunc benedicite Domi-  
num.

**V**os quibus sacri data cura templi,  
Numinis magni vigiles ministri:  
Ore diuinas age ritè læto  
Dicite laudes.

Qui Dei arcam penetrare circum  
Atrij ad sanctos vigilatis ignes,  
Arduis postquam cecidere longa  
Montibus umbra.

Versus æterni monumenta pacti,  
Supplices castè duplicate palmas:  
Et Deo laudes patrias auito  
Dicite ritu.

Latus hac laudum vice noster orbem  
Qui poli, & terra fabricauit autor,  
O Sion rerum tibi larga diues  
Dona rependet.



PSALM.

PSALM. CXXXV.  
Laudate nomen Domini, lau-  
date, &c.

**V**OS nomen laudate Dei, quibus atria templi,  
Et curare datum: sacris altaribus ignes.  
Vos Dominum laudate bonum, vos nomē in astra  
Ferte, quod aetherea dictum dulcedine mulcet.  
Ille sibi voluit Iacobi ē stirpe minores,  
Et tanquam patrū possedit pradia iuris.  
Noni equidem, noui, quam maiestate verendam  
Numen habet, quantumq; Deos super eminet omnes.  
Qua placuit fecisse, suo facit omnia nutu.  
Sine polum, terrasq; colant, sine aequori ponti,  
Sive lacus habitent, vicinaq; manibus antra.  
Nubila de terrae cogit penetrabilibus ima,  
Fulgmina venturae prae mittit nuncia Lymphae:  
Secretas aperit ventorum statibus arces.  
Regna quid enumerem Pharij percussa tyranni?  
Caesa Paretonis quid pignora prima colonis?  
Quid pecudum strages humanaq; funera dicam?  
Te Pharos ostentis pauidam caelestibus idem,  
Cumq; suis timidum Pharaona clientibus egit.  
Tot gentes domuit, tot Reges misit in Oronm.  
Stirpis Amorrhæe dominum Sedna peremit,  
Bassanis etiam regnantem in montibus Ogum.

Diruit

**D**iruit inuisam sacro Cananitida bello,  
Iacobiq; dedit promissa nepotibus arua.  
O factis aequale tuis, dō postera nomen  
Quod nunquam soboles, atasve oblita silebit!  
Alme tuum populum magna pietate fouebis,  
Sponteq; supplicibus, quoties orabere, parces.  
O gentes simulacra Deūm quæ fingitis, aurum,  
Argentum, rupesq; manent, hominumq; labores.  
Vocis egens os semper hiat, stant lumina Solem  
Nescia, vel rerum claros sentire colores:  
Pulsanturq; caua frustra tinnitibus aures.  
Nam quid agent cautes vacuae spirabilis aures?  
Talis eat, quisquis sibi talia numina fingit,  
Credulus vnde suis sperat lenimina rebus.  
At domus à magno Iacobo exorta, vetustum  
Aronis, Leuiq; genus celebrate Parentem,  
Vosq; Deum pura qui religione timetis.  
Ille sit æterno rerum modum lamine notus,  
Qui Solymas, vrbisq; tenet recta alta Sionis.

## PSALM. CXXXVI.

Confitemini Domino quo-  
niam bonus.

**E**t Deum laudate bonū, & placabile numen,  
Aeterna durat cuius indulgentia.

Eia



272 PSALM. LIB. V.  
Eia Deum laudate, Deos qui praeerit omnes,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Hic Dominus dominos rerum super eminet omnes.  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Admiranda facit rerum spectacula solus,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Hic prudens opifex fecit renolubile calum,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
His superi in campis fixit duo lumina mundi.  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Hic Soli in lucem res as concessit habenas,  
A Eterna cuius durat indulgentia:  
Hic Lunam in tenebris, & sidera fulgere iussit.  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Primitias Generis Pharia tumulavit in ora,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
E medio sobolem Iacobi suscepit hoste,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
E medio inuicti vi roboris abstulit hoste,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Attentum rubrae quondam mare diffudit unda,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Isacidum vexit diuisa per aequora prolem,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Cum Pharaone fretis redeuntibus amina voluit,  
A Eterna durat cuius indulgentia.

*Abra-*

PSALM. CXXXVI. 273

*Abramidas saluos per resqua arentia duxit,*  
A Eterna durat cuius indulgentia,  
Terribili magnos sopiuit funere Reges,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Eripuit tumidis vitas, atq; arma tyrannis,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Gentis Amorrhæe dominum Seona peremit,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Bassanis stravit fidentem saltibus Ogum,  
A Eterna durat cuius indulgentia:  
Amborumq; dedit venientibus arma colonis,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Quæ voluit nostri fieri patrimonia census,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Nam memor affexit nos vita, & lucis egentes,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Ille hominum victu, campis animalia pascit,  
A Eterna durat cuius indulgentia.  
Dicite caelestes moderantem legibus oras,  
A Eterna durat cuius indulgentia.



PSALM.



## PSALM. CXXXVII.

## Super flumina Babylonis.

**I**ngrata propter flumina sedimus,  
Campis inundant qua Babylonis:  
Dum mens querelis agra demptam  
Flebilibus meminit Sionem.

Ripa hic virebant frondibus ruidi  
Canis salicli: Nablia diximus,  
Pendete ramis muta, nunquam  
Ad solitos repetenda cantus.

Hic dum gementes adspicit, impotens  
Quid victor, inquit, tristitia flebitis?  
Ad lata versi, cantione  
Quin patria recreatis aures?

Heu qui rebebat nos ferus agmina  
Captiua miles dicere patrios  
Mandabat hymnos, quos decebat  
Incolumi cecinisse templo.

Nos sacra verò carmina numini  
Fas arbitremur prodere barbaris?  
Diuina cantari videbit  
A profugis aliena tellus?

O ante chordas tangere mobiles  
Oblita vocum dextera nesciat:

Quam

Quam templa, sanctos quam penates,  
Et Solyman taceamus urbem.

O lingua siccis faucibus hareat,  
Sicut ora nota vocis inania,  
Si te Sionem oblivio sus  
Ex oculis, animove ponam.

Si lætor istis sedibus aduena,  
Si prima post has gaudia lacrymas  
Res vlla mesto, restituti  
Quam Solyma parient honores.

A Bterne vindex at reminiscere,  
Quid gens Idumes impia dixerit,  
Cum flamma, ferrum, miles atros  
In cineres redigebat urbem.

Inuisa ferro maxia rumpite,  
A Equate flammis recta voracibus:  
Vrbis cadaver sit, renulsi  
Vt species lacerata busti.

O fons malorum tu quoq; cinitas  
Nunc lata nostris cladibus occides:  
Vltorq; felix te docebis  
Quas patimur tolerare clades.

Ille, ille prolem flentis ad vbera  
Toller parentis lactea pendulam:  
Frangetq; saxis, ante mesta  
Aitonitæ genitricis ora.

PSALM.



## PSALM. CXXXVIII.

Confitebor tibi Domine:

**T**E Genitor referam solitū me audire, canorus  
Teq; meo coram Regibus ore canam.  
Ad tua supplicibus veniam sacraria rotis,  
Nominis at tollam facta loquenda tui.  
Te dicam immensa semper bonitate fidelem,  
Promissam donis & superare fidem.  
Qua te cunq; di supplex roco, mitis obaudis,  
Ac vires animo sufficis ipse meo.  
sed Reges alij discant tua facta per orbem,  
Natiuis inclinent & sua sceptris tuis.  
Accipient leges, diuinaq; iura canentes,  
Aeterni imperium numinis esse ferent.  
Nam licet immensum transcendas aethera, dicent  
Quā propē res humiles, quā procul alta vident?  
Deprensam in medio quacunq; pericula turbent,  
Auxilio fugiam notior inde tuo.  
Hostis inhumana vires hebetabis anhelis,  
Incolumentq; tua me dabis ire manu.  
Quod reliquum fuerit praestabis amicis amico,  
O Pater esse bonus qui sine fine soles,  
Perge, nec impedias manuum benefacta tuarum:  
Est decus incolumem me superesse tuum.

PSALM.

## PSALM. CXXXIX.

Domine probasti me, &amp; cognouisti me.

**O**Mibi secreta Genitor bene conscie mentis,  
Ser sedeam, surgamve, tuo me lumine cernis.  
Tu procul arcanos sentis in pectore motus,  
Quo pergam de mane vides, & vespere qualis  
Ad placidos redeam post mille negotia, somnos.  
Non fugitura tuas lingua vox excidit aures,  
Quippe mea attento circum legis omnia visu:  
Et modo qua fiunt, & facta antiqua tueris.  
Humane inuentor quondā celeberrime formae,  
Os, humerosq; mihi, mentemq; animumq; dedisti,  
Et fabricam tua dextra suam me prouida seruat.  
Quem cum respicio, diuina potentia quantum  
Visa mihi humane radium transcendere mentis?  
Qua fugiā te sede latēs? quibus occular umbris?  
Si teneo calum pennis, apud aethera visis.  
Ad manes si tendo, manes apud infera regna.  
Si bigis Aurora suū me concita raptum  
Detulerit, pigro est vbi meta nonissima ponto,  
Hic tua me perimet, vel dextera amica fouebit.  
Si loquar inspicens, me forstān occulet umbra,  
Quae mihi nox fuerit, lampas tibi clara micabit:  
Nam velo impediunt tenebrae tibi lumina nullo.

83

Et



## 278 PSALM. LIB. V.

At caligo vagæ radiat velut orbita flamma:  
Cum tua per tenebras tam perspicentia regnet,  
Quam cum Solis equi spirant e naribus ignem.  
Tu motus animi sentis, qui callida fingis  
Materno in gremio stirpis genitabilis orsa.  
Te dicam, te sancte canam, quem facta per auras  
Admiranda vehunt. Etenim mea fabrica menti  
Occurens, o quanta Deo sapientia, clamat!  
Corporis ossa mei non te latuere sepulti  
In gremio, factum Genitor nam primus alebas,  
Oclusum terra velut in penetralibus ima.

Cen tabulis opifex nota exemplaria pictis  
Aspiceres, sic ora rudi sic brachii masse  
Fingebas, hominis sic cætera membra futuri.  
Nec dum tota suos moles animata colores  
Induerat, noras iam tu incrementa dierum,  
Vnde nihil penitus mutabile sustulit æuum.

Hæc ego dum verso, stupeo miratus honorem,  
Et numerum si scire velim, prius æquoris æstu  
Quam multe à resluo dicam voluntur arena,  
Exurgam, & vigili tecum mihi disfluat æuum.

At genitor fontes, humana & cadis amicos  
Quando premes, oculisq; meis procul esse inebis?  
Contra iussa tuæ legis scelerata rebelles  
Multa mouent, caloq; audent attollere cristas,  
Nonne tui à vindex o fores numinis odi?  
Inq; tuos ira flagranti percitus hostes?

scili-

## PSALM. CXL. 279

Scilicet instabam sacris oforibus ofor,  
Et bellum indixi sceleratis hostibus hostis.  
Volve precor, Genitor, fibrarum occulta mearum,  
Arcanos rimare sinus. Terit orbita calles  
Si mea nequitia, conuerte ò rector habenas,  
Vt tua sancta legam recto vestigia cursu.

## PSALM. CXL.

Eripe me Domine ab homine  
malo.

**R**ex æterne bonus me precor eripe  
A linguis hominum praua loquentium:  
Illorumq; feris vngibus, improba  
Quos exercet iniquitas.  
Qui fraudes tacito pectore fabricant,  
Pacis dulce procul nomen in vltimas  
Terras ira volunt, & fera turbidi  
Semper prelia concitant.  
Qui linguas acuunt exitiabiles,  
Angues ora velut sibila commouent:  
Spumantes labijs toxica noxijs,  
Fundunt virus vt aspidēs.  
O custos rabidis vngibus impij,  
De redde incolumem: ne sine callida

S 4

Victum



## 280 PSALM. LIB. V.

Victum fraude capi, quam sceleratior  
Textit criminis artifex.  
Effodere lacum, retia y resibus  
Intendere meis finibus orbitas  
Inaoludere suis: mille pericula  
Tentant, captus vt occidam.  
At tu sola mei spes animi Deus,  
Quas effundo preces accipe flebiles:  
Qui tam saepe meum ferrea protegis  
Inter praelia verticom.  
Ne votis hominis trade nefarij:  
Sontes ipse vides quae mihi cogitant:  
Si me praesidio destituis tuo,  
Tangent sidera vertice.  
Quae vanis ardent bella laboribus,  
Quae lingua vitio pestifera coquunt,  
Ipsos in dominos iustus incidant:  
Ipsos funditus opprimant.  
Tempestas iaculis horrida flammeis  
Illos terribili denoret impetu:  
In fossam barathri non remeabilem  
Acti precipites ruant.  
Vocum lingua diu prodigia neminem  
Seruatura manet: callida fallere  
Nec mens viuere eam conteret aeneis  
Fraus tandem sua malleis.

Sed

## PSALM. CXLI. 281

Sed fractas inopum res Deus aspicit,  
Inuicemq; manu proteget indigos:  
Praesens vnde bonis numen in aethera  
Iussi laudibus efferent.

## PSALM. CXLI.

Domine clamaui ad te.

**T**E voco sancte Parens, ades o mihi vota fe-  
renti,  
Auremque aduerte vocanti.  
Non aliter sedes adeant mea vota micantes,  
Quam thurea dona vaporant.  
Nec geminas aliter palmas ad sidera tollam,  
Quam si tibi respere caesis  
Sacra feram vitulis. Duris age libera frenis,  
Oris mihi limina claude.  
Vestibulumque tuo seruet custodia iussu,  
Labiorum intenta ne eorum.  
Ne sine consilium, scelerataque facta capeffam,  
Epuler vel parta rapinis.  
Ne mihi, quas epulis nequam genialibus ornat,  
Patiare attingere mensas.  
Flagra manu vindex intentet alienca iustus,  
Ego verbera munus habebam.

s s

Sed



282 PSALM. LIB. V.

*Sed caput halanti phiala redolentis oliui,  
Homo ne mihi pestifer vngat.  
Tum quoq; ne blandis animum detorqueat orsis,  
Votis pia numina secltam.  
Hoc precor, in silicem quando ruet impia turba,  
Scelerumq; ad signa vocantes:  
Tunc animum feriat me non audisse monentem  
Tuta potiora saluti,  
Tam placitura bonis, laudat molitus aratro,  
Quam pingua rura colonus.  
Heu sic nostra metus laxis compagibus ossa  
Lethæus dissipat orci:  
Robora frondator montana securiger ignè  
Vt ferro inspicat acuto.  
Spes mea sancto Parens, in te inclinata recumbit,  
Animi ne vota relinque.  
Ne patiare capi laqueis, quos impia tectos  
Scelerataq; turba locauit.  
In sua deueniant autores retia, nisi  
Reuolem super alite nodos.*



PSALM

PSALM. C XLIII. 283

PSALM. C XLII.

Voce mea ad Dominum clamaui.

**A**uxilium Domini supplex ego voce rogavi,  
Precesq; sudi lacrymis tepentes.  
Ante illum posui, quæ mens ponenda monebat,  
Et acerbitatem temporum meorum.  
Mens agitata malis, defœcla laboribus, expes  
Cedebat, & si noneras amicam.  
Isse viam recti, nodis tamen emula passim  
Gens impeditas semitas tenebat.  
In quascunq; precor, circumfer lumina partes,  
Mibi adesse amicum neminem videbis.  
Nec saltem misero fugiendi est a qua potestas,  
Curante nullo fortè si perirem.  
Hic ego te vira, te sola ò ara vocavi,  
Et spes salutis, vno dum superstes.  
Accipe quæ supplex in rebus deprecor artus:  
Iam penè fractus clade tot malorum.  
Eripe, ne prædam patiare sequentibus esse,  
Quibus arma longè fortiora nosti.  
Nigrantes habitem caci ne carceris umbras,  
In pura lucis arua mitte vinculum.

Tum



## 284 PSALM. LIB. V.

*Tum mihi carmen eris, mediumq; corona bonorum  
Gratata cinget, sis mei quod vltor.*

## PSALM. CXLIII.

Domine exaudi orationem  
meam.

**A**udi precantis verba mundi Conditor,  
Aurem querelis applica.  
Fide, & aqutate vindica me, qua tuos  
Avertis a periculis.  
Ne iure summo, qua so, mecum litiga,  
Nam te feret quis arbitrum?  
Aut quis recedet victor a pretorio,  
Quo facta pendis gentium?  
Opus est amicam commodes dextram mihi,  
Aduersus hostis impetum.  
Vitam fatigat, & sepulchri ad aggerem  
Me pene raptat mortuum.  
Hinc mente raptus astuante ferueo:  
Cor inquietum fluctuat.  
At cum resista voluo facta consulens  
seruantis indulgentia,  
spe subleuatus audeo ad numen tuum  
dianus precando tellere.

*Ps. sic-*

## PSALM. CXLIII. 285

*Vt sicca nimbos terra quarit algidos,  
Te sic ariet mens vnicum.  
Festinus audi, namq; vitalis calor  
Iam dest in pulmonibus.  
Si condis ora, par sepultis frigidus  
Busti recondar argere.  
Da mane fructum sentiam clementia,  
O sola mentis anchora!  
Reclode veri semitas quas ambulem,  
O mentis ara naufragae.  
Ad te refugi, me patronus effero  
Ab hoste fidus eripe.  
Quae vis capeffam, numen d meum, doce,  
Et ille ductor spiritus  
Clauum gubernet, quo magistro carbasis  
Secunda ponto soluimus.  
Tuum per orbem sic eat nomen, tua  
Sic alma currat equitas.  
Vitalis haustum lucis indulge mihi  
Tot libero periculis.  
Clemens at hostes me fatigantes granis  
Afflige dextra pondere.  
Hac posco Dominum seruus: hanc Dominus facis  
Seruo suo fiduciam.*



PSALM.



## PSALM. CXLIV.

Benedictus Dominus Deus  
meus, qui &c.

**T**E Pater alme canam, quo ferrea bella ma-  
gistro

Ha tractant sine clade manus: hac brachia pugnas  
Euentis incunt non defectura secundis.

Tu bonitas, ac ara mihi, tu conscia rupes  
Auxilij, clypeusq; meae, portusq; salutis,  
Spes etiam, populis ius quo inuiolabile dico.

O quem das hominem mortali e semine cretum  
Esset quid innumeris at tollis honoribus illum?

An similis vacua non flatibus euolat aura,  
Et pennis miserum radit fugientibus auum,  
Halitus ut nebulae, tenuataq; solibus umbra?

Aetheris inclina fastigia summa rubentis,  
Ex alto descende polo, iuga fondea tange,  
Fumens inde nigro montes vapor occulet aestu.  
Fulmina mitte, fluent: arcu iaculare sonoro,  
Ex templo riso turbabitur impius orco.

At pratende manum de caelo, & fluctibus aufer  
Me pauidum stygij. Inhibe violentia malorum  
Arma, quibus stillant vana mendacia lingua:  
Et faciles obennit quacumq; nefaria dextra.

PSALM.

ipse

Ipse decem fidibus tibi tunc noua carmina dicam,

O Pater, auxilium tu regnatoribus affers,  
Quippe tuum sano Dauidem ex hoste receptum,  
Fecisti hostilem ne sanguine tingeret ens.

Eripe me genti, quae Numinis asperat iram  
Vana loqui, & factis peccare immanibus audax.

At nostra veniat soboles ab origine felix,  
Ceu noua quae primo surgunt plantaria cultu.

Tum forma insignes, & virginitate puella,  
Aurea marmorei referant laquearia templi.

Cuncta repurgata superent granaria messes,  
Copia alat plenos incustodita penates.

In tonsis ouium pascant in vallibus agni,  
Et prata armentum detondeat herbida riuus:

Vnde colonus agat fortes in aratra iuuenecos,  
Arma procul sileant studiis inimica quietis,

Oppida ne metuant belli quatesacta ruinas,  
Saniat alta repens neue inter mœnia clamor.

O populum reddunt quem talia gaudia letum,  
At super euehitur gens numine diues amico.



PSALM.



## PSALM. CXLV.

Exaltabo te Deus meus  
Rex.

**T**E Numen, Regemq; meum, vomit orbita locum


Dum rutilam flammata canam, venerabile nomen  
Alme tuum, G. nitor, ventura in tempora dicam.  
Nec cessabo, licet des ultra secula vitam.  
Nunc veniet quoties Aurora recludere caelum  
Matutina, tuas in laudes ora resoluam.  
Et mea venturis transmittam carmina seclis.

O maius quam mente queo te fingere Numen:  
Nulla tuas aquant hominum praeconia laudes:  
Te cecinere patres, etiam tua facta minores  
Accipient, alq; atq; alq; tua robora dicent.  
Nunc decor, & volitans circum te gloria vocem  
Alliciunt, flammantq; mihi miracula pectus.  
Posteritas stupefacta canet, quam fortis in hostem  
Prodigijs olim domitum tremefeceris orbem,  
At tua venturo bonitas celebrabitur aeo;  
Aspera iustitiae qua molliet ora seuera.  
Diceris venia facilis, miserescere pronus,  
Malleq; caelestem nobis spirare fauorem,  
Hæmanam rapido, quam vellere turbine gentem:

Nam

Nam tua se pietas ultra facta omnia tollit:  
Te rerum memorat series, te nescia dicant  
Pectora nequitia, celebret quæ gloria regni  
Alme tui, & valida sit quamvis potentia dextra.  
Scilicet ut populos doceant, nec sceptra locorum  
Finibus, aut metis te qui potes omnia, claudi.  
Tu regnum sine fine tenes, quod temporis ala  
Nec minuent agiles, nec rerum turbida perflat  
Tempestas, motaq; movent ab origine gentes.  
Pollicii fideiq; tenax, nutantibus vltro  
Accurris, fractosq; lenas. Pudentia fixis  
Luminibus te sancte vocant, et scilicet escas  
Accipiant: manibus plenis alimenta refundis,  
Et nimium largo saturas animantia victu.  
Iustitiae, veri q; Parens atq; omnibus aq; guss,  
Suppliciter nemo votis, animoq; vocabit,  
Cui non praesidio soleas occurrere tuto.

O Genitor nimium clemens, & amicus amicis,  
Nam quos alma tui reverentia numinis ambit,  
Hos audis, & dona ferunt quaecumq; rogarunt.  
Hæc gentes audite, sui custodit amantes  
Omnipotens, ausos at facta nefaria perdit.  
Hunc ideo, dum spiro, canent carmina Regem:  
Et quicumq; regi refugas bibit aetheris auras,  
Luna suis donec per caelum cornibus ibit.



T

PSALM.



PSALM. CXLVI.  
Lauda anima mea Dominum.

**M**ens Deo instas cane grata laudes,  
Quem lyra, & cantu statui sonare:  
Cerno vitales ego dum meantis

*Aetheris auras.*

Nemo promissis hominum acquiescat,  
Regium quamuis diadema gestent:  
Est datum nulli semel euolantem

*Sistere vitam.*

Spiritus linquet fugitiuus artus,  
Corpus in terra cineres recurret:  
Et ferent magno meditata Regum

*Turbine venti.*

Quem Pater Dnum inuat, est beatus  
Optimi fretum Domini fanore:  
Res polo cunctas animantis ortas,

*A Equore, terris.*

Pacta qui seruat stabilita semper,  
Utor infirmum rapit a superbo:  
Languidos esca reficit, famemq;

*Arceet egenis.*

Carcerum nigras aperit latebras,  
Reddit amissos oculis colores,

*Erigit*

*Erigit fractos, amat aequitatis*

*A Equos amicos.*

Seruat errantes bonus inquilinos,

Esti parens orbis, viduis maritus:

Callidas tantum silet bestis ater

*Perdere fraudes.*

O Sion (grati m loquor, ille frena

Orbis aeternum Dominus capeisset,

Terra dum fruges dabit, & vagantes

*A Equora pisces.*

PSALM. CXLVII.

Laudate Dominum quoniam bo-  
nus est.

**I**llum canoris dicite laudibus,

*Arces Olympi qui tenet igneas:*

*Nobis honorem, sed parenti*

*Letitiam sacer hymnus affert.*

Belli fugatos cladibus exiles

*Inchara ducet mania patriae:*

*Molitus urbem, tecla rursus*

*A Edificans Solymæa ponet.*

Astro malorum turbine naufragos

*In spem salutis mitior erigit:*

T 2

Forma



292 PSALM. LIB. V. 1

Fomenta plagis addit acrem,  
Quæ minuunt animi dolorem.  
Est ille flammæ innumerabiles  
Solut micantis qui numerat Poli  
Nomenq; viresq; igræumq;  
Syderibus tribuit vigorem.  
O quantus alma est ille potentia?  
Virtute quantus? Iam sapientia  
Qui facta penset, vemo terras  
Aut superas habitavit oras.  
A sede mites cleuat infima,  
Loco superbos tendit ab arduo:  
Humiq; ponit fraudulenta  
Remigio leuitatis actos.  
Vocum sonoris dicite canticis,  
Duram scelestis, & facilem bonis:  
Illi canorem nabliorum,  
Et citharas adhibete dulces.  
Campos liquentes nubibus occulit,  
Cum terra cælum flagitat humidum,  
Sensimq; lentos stillat imbres,  
Vt melius riget arua lymphis.  
Dat leta multis pabula belluis,  
Et se vocantem progeniem feri  
Corui relictam pascit, ille  
Alitum, pecudumq; custos.

PSALM. CXLVII. 293

Non vis equorum bella fremantium  
Delectat illum, non capit alite  
Pedum volatu, non lacertis  
Indomitis gladiator illum.  
Sed qui tremiscunt fœdera legibus  
Sancita, prauis fallere moribus:  
Et spes in illius sanore,  
Et patria bonitate figunt.  
Ergo canoris vos Solymæ Deum  
Efferte læta vocibus inclytum:  
Laudate numen vos Sionis  
Aerij domini penates.  
Firmata ahenis veltibus ostia  
Nam vestra claustris, ciuitibus addidit,  
Per quæ beata pace longum  
Incolumes dominantur vrbes.  
Acer lacepsit non metus hostium,  
Sed pax amicat fertilis oppida;  
Iussu Tonantis vos medulla  
Triticæ satiantis arui.  
Illius almæ vocis ad imperium  
Mox iussa velle paret, & imbrium  
Humecta lymphis store campos  
Germine agros, fata sero vestis.  
Est ille amictu qui iuga læneo  
Vt induisset, sic nunc contegit:



294 PSALM. LIB. V.

Spargit pruina qui rigentem,  
Ceu sterile cinerem per agros.  
Vt liba farris, sic glacialibus  
Durata mittit crusta liquoribus:  
Hoc membra que uam sustinebuus  
Duritie lapidosa figus?  
At rursus oris frigora nuncio  
Concreta soluit nam melioribus  
Spirauit auris. Et tenaces  
Vt resuuant tepescit amnes.  
Suam ille mentem pandit Abramidis,  
Quos ante sacris ritibus imbuit:  
Ac Israelis non mouendam  
Iustitiam docuit nepotes.  
Hac nationes non ope ceteras  
Orbis lenabit: Numinis inscisa  
Sunt, nec parentis sempiternis  
Aethereos didicere ritus.



PSALM.

PSALM. CXLVII. 295

PSALM. CXLVIII.

Laudate Dominum de cælis.

**A**urate qui templa domus radios tenetis,  
Eia Patre laudate Deum, vos prapete penna  
Insignes, domina qui iussa cape sitis aula:  
Et chorus, & rutilus exercitus igneus alis.  
Eia patrem laudate Deum, tu lucifer arua  
Primus anhelanti qui. risti eburnea cursu,  
Lunaq; fraterna splendoribus amula flamma,  
Et vos auricomis argentea crinibus astra,  
Eia patrem laudate Deum vos orbibus orbes  
Inclusi, nomenq; poli commune tenentes:  
Quæq; super nitidos estis cali aquora campos.  
Ipse Parens iussit mox quæ nihil ante fuerunt  
Asspexere diem, seruantq; hunc iussa tenorem,  
Quomodo perpetuis sub legibus omnia uiuunt.  
Eia patrem laudate Deum per opaca dracones  
Antra soli, vestri qui tempora ducitis euri:  
Et vos sub tremuli specubus gens squamea ponti,  
Ignis, grando, niues, & motæ spicibus aure,  
Numinis unanimes diuina ad iussa ministri.  
Vos montes, collesq; simul, nemorumq; recessus,  
Seu sterilem baccam, seu mitia pomæ ferentes:  
Et vos aëreo surgentes culmine cætri.

T 4

Eia



296 PSALM. LIB. V.

*Bia Patrem laudate Deum, quæ dura tenetis  
Saxa fere, camposq; greges tondetis amænos.  
Squamigeris etiam spiris qui reptis angues,  
Et tremula volucres quæ nibila finditis ala.  
Vos Reges, populiq; omnes, omnesq; tyranni,  
Et qui iura datis de sede petentibus alta:  
Huc pueri veniant, huc virginis ora puella,  
Flos hominum, canis & menta nivalia plumis.  
Vna omnes Domini nomen venerabile tollant,  
Cui terra, & celi laudem soli accola debet:  
Cuius honos terras, & sidera flammea tranat,  
Hanc domus Isacidum tot custodita per annos  
Efferat. Hic signum vite Deus extulit olim,  
Et bona tot populo monstravit amicus amico.*

PSALM. C XLIX.

*Cantate Domino canticum  
nouum.*

*A*nte non dictum recitate carmen  
Inclito rerum Domino Deoq;  
Audiant presens pia conuocata  
Turba corone.  
Prisca felicitis domus Abrahami  
Se Deo oblectet Genitore: laudet

*Filia*

PSALM. C XLIX. 297

*Filia Regi modulentur illi  
Ore Sionis.*

*Nomen inductis celebrent choreis  
Vocis ad cantum saliente planta:  
Et lyre gratis fidibus canora  
Tympana iungant.*

*Nam suæ stirpem fouet ille gentis,  
Qui solet blandus recreare mites:  
Et noua parte cumulare donum*

*Laude salutis.  
Gens triumphali foris alma cultu  
Eriger letum caput: illa secum  
At domi stratis eadem nonabit  
Gaudia lectis.*

*In Dei laudes erit ore prona,  
Sed coruscabit manus ense nudo:  
Ense qui tactos acie nocentes  
Duplice findet.*

*Vt pari ingentes vice metiantur,  
Quas graues olim dolere, priuas:  
Et feris reddant populis suorum  
Æqua laborum.*

*Vincient Reges pedicis minaces,  
Nobiles Regum manicis amicos:*

T 5

Interim



298 PSALM. LIB. V.

*In te, im clausi metuent futuram  
Carcere pœnam.  
Quam Dei leges statuere, sument,  
Cum die dicta venient citati:  
Hæc manet quondam neq. sera cunctos  
Gloria Diuos.*

PSALM. CL.

Laudate Dominum in San-  
ctis eius.

**I**ncolentem templa celi  
Personate laudibus:  
**A**Etheris potente campos  
Fulcientem dextera:  
Eius inni clam sonate  
Ore fortitudinem.  
Eia maiestatis alma  
Facta verbis tollite.  
**A**Eneæ laudate canto  
Obstrepente buccina.  
Nabylis illum sonate,  
Et lyrarum cantibus.

Tympani

PSALM. CL. 299

*Tympani laudate pulsu,  
Et chori concentibus.  
Cymbalis laudate nomen  
Lata tinnentibus.  
Gestrentium, & canoris  
Cymbalorum pulsibus.  
Laudet illum quicquid aura  
Potat huius spiritum.*

FINIS.





LIBRARIUS  
C. M. CL.  
M. D. C. L. VI.



**E** Go Claudius Aquauina, Societa  
tis Iesu Praepositus Generalis, in  
terpretationem poëticam Latinê in  
centum quin quaginta psalmos, auto  
re Ludouico Crucio Olyssipponesi,  
eiusdê Societatis Iesu, in quinq; li  
bros distinctam, à nonnullis nostræ  
Societatis Theologis, eiusdêq; pro  
fessionis peritis, recognosci manda  
ui. Quâ cum illi approbauerint, pro  
bo etiâ vt possit imprimi, si ita pla  
cuerit Dominis, quibus incûbit. Da  
tum Romę, die XXX. Aprilis, Anno  
Domini M. D. XCVI.

*Claudius Aquauina.*



Go Clarius Aposolus societas  
Eius lecta peripateticis Gentilibus in  
terpretationem poetice Latine in  
centum quadraginta plures auto  
re Ludovico Cincio Hippocrate  
eius societas lecta in quibus  
pro dicitur, et nonnullis nostris  
societas Theologiae eius pro  
fessionis peritis recognoscenda  
in. Quae cum illi approbata pro  
do eius et postea impudenter in  
cuerit Dominus quibus in die  
tam Romae die XXX. Aprilis Anno  
Domini M. LXXVII.

Clarius Aposolus































































































































































h  
5  
15

128

